7
3-d
51

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
4 B
47

7-3-d-51

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Goo

CHRONOLOGIA EPISCOPORVM, ET ARCHIEPISCOPORVM Metropolitanæ Eccleſiæ Beneuentanæ

Quorum extat memoria.

ADIECTA INSVPER BREVI RERVM SVB VNOQVOQ; Epiſcopatu memorabilium narratione,

Ac de capituli Beneuent. Antiquitate, Priuilegijs, & Canonicorum numero Studio, & induſtria.

MARII DE VIPERA ARCHIDIACONI BENEVENTANI, Selecta,

Cum duplici indice locupletiſſimo, iuxta ordinem alphabeticum.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI, Typis Io. Dominici Montanari. M.DC.XXXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

Felix de Ianuario S.T.D. Deputatus.

ILLVSRISSIME ATQVE EXCELLENTISS. DOMINE.

CAlamum inſpexi eruditum; ſtylum admiratus ſum eloquentem; Præclara continet opus Eccleſiæ Beneuentanæ Præſulum facinora, concinnè diſtributa. Publicè intereſt ne tot lateant gemmæ, deliteſcant Margaritę. Theſaurum in pectore abſconditum aſpernatus eſt author; ad publicam ſolertium ingeniorum vtilitatem patefecit; non Orthodoxæ Religioni, in aliquo derogantē; non Regiam minuentem authoritatem non bonos deturpantem mores; quippe Religioſi mores, & morigerata authoris religio, atque pietas in ipſo ſpectantur. Typis idcirco dari poſſe cenſco, niſi aliud ingenij tui acumen introſpiciens aliter ſenſerit. Vale per omne æuum Neap. die 18. Auguſti 1635.

Excellentiæ tuæ.

Seruus Humillimus,

Franciſcus Conte.

Viſa retroscripta relatione Imprimatur.

Tapia Regens, Rouitus Regens, Ianuarius Regens, Zufia Regens.

Prouisum per suam Excellentiam die 8. Aprilis 1634.

Antonius Tagliauia.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI

CIRIACO CARDINALI ROCCIO.

MARIVS DE VIPERA

ARCHIDIACONVS BENEVENTANVS

F.

BIBLIOTECA ...

QVò meus hic Beneuentanorum Antiſtitum Catalogus prodeat in ſolem; tuam, Eminentiſſime Princeps, pro ſole patrocinij vmbrã expoſcit, & quò in ampliſſima typorum huc verſetur; aliquam à te ſplendoris ſibi vendicat partem, nempè à Romano, quo inſigniris oſtro, feliciſſimo humanitatis tuæ repercuſſu deductam, quare etſi nulla arte perfectus, nullaq; induſtria elaboratus, prodire tamen, atque emanare non erubeſcet, hoc tuæ acceptum refert purpuræ. Quod ſi quæras, cur illum Amplitudini tuæ dicauerim; neceſſe non habeo tibi meæ huius voluntatis cauſas recenſere: venit enim tibi in mentem, vt reor Cardinalis Arigonij auunculi tui, quem huic inſertum libro aſpicere libet, eundemque ſuſpicere, qui vberrima ſemper in me, atque in totam Beneuentanã Vrbem affluxit beneficentia; nec vllus eſt cum ab eo diſceſſerim, cuius

† bene-

beneficijs metam eſſe deuinctum confitear; quorum ego beneficiorum illi æquè, ac tibi ero obſtrictus memoria ſempiterna. His igitur de cauſis patrocinium quæſiui idoneum argumentum; meoque huic libello patronum adoptaui non imparem, eum ſcilicet, cuius Pietas, ac Nobilitas ambiguum eſt plus nè hauriat, an refundat in auũculum. Itaque exiguum hoc munus accipe libens voleñſque, quod de auũculi tui beneficentia nâtum eſt, ac de tua erit beneuolentia victurum. Vale Beneuenti die 26. Martij 1636.

AV-

Digitized by Google

ELENCHVS EPISCOPORVM

ECCLESIÆ BENEVENTANÆ.

Ann.Dñi. A

748. AMbroſius Epiſcopus 35. pag. 37
332. S. Apolonius Epiſcopus 16 16
875. Ayo Epiſcop. 44 57
716. Ardericus Epiſc. 34 35

B

663. S. BArbatus Epiſcopus 33 28

C

866. CArolus Epiſcopus 42 55
341. S. Caſſianus Epiſcopus 17. 16
886. Conſeruatus Epiſcopus, 45. 58

D

600. DAuid Epiſcopus 31. 25
767. Dauid Secundus Epiſcopus 37. 40
780. Dans Epiſcopus 38. 41
320. S. Dorus Epiſc. 15 16
450. Dorus Secundus Epiſcopus 22 19

Ann.Dom.

E

404. ÆMilius Epiſcopus 20 18
494. Aepifanius Epiſc. 25 21

F

525. FElix Epiſc. 26 21
585. Felix 2. Epi. 29 23
40. S. Photinus Epiſ. 1 1

G

825. GVttus Epiſc. 39 50

I

305. S. IAnuarius Epiſcopus 13. Mart. 12
347. Ianuarius Secundus Epiſcopus. 18 17
622. Ildebrandus Epiſcopus 32. 26
420. B. Ioannes Epiſcopus. 21. 19
748. Ioannes Secundus Epiſcopus 36. 37
465. Ioannes Tertius Epiſcopus. 41 53

Ioan-

Ann.Dom.

468. Ioannes Quartus Epiſcopus. 43 56

944 Ioannes V. Epiſ. 50 61

L

957. LAndulſus Epiſcopus 50 64

369. Liniaus Epiſc. 19 17

59 Linianus Secundus Epiſcopus 30 25

M

967. MAldefrid. Epiſcopus. 51 67

530. S. Marcianus Epiſcopus 27 21

P

894. P Petrus Epiſcopus 46. 59

An.Dom.

S

490. S. SOphius Epiſcopus 24. Mart. 20

T

505. S. THammarus Epiſcopus. 23 19

313. Theophilus Epiſcopus. 14 15

V

930. VAldefidus Epiſcopus 47 60

954. Vincentius Electus. 64

36.

Vrſus Electus. 40 52

Z

543. S. ZEnonus Epiſcopus. 28 22

ELEN-

ELENCHVS
ARCHIEPISCOPORVM
Eccleſiæ Beneuentanæ, qui in hoc libro continentur.

An. Dom. A

1301 ADenulſus Archiepiſc. 34. p. 128
1524 Alexander Card. Archiep. 61 169
1540 Alexand. 2. Cardinal. Archiep. 63 173
1616 Alexand 3. 68. 183
1462 Alexius Arch. 52 151
1000 Alix Archiep. 4 80
998 Alfanus Arch. 3 75
1012 Alfanus 2. Arch. 6 80
1047 Alfanus 3. Arch. 9 82
1521 Alfonſus Arch. 60 167
984 Alon Arch. 2 74
1071 Arelius Arch. 12 91
1138 Arnaldus Arch. 36. 130
1151 Arnulfus Arch. 19. 112
1435 Aſtorgius Card. Archiep. 49 145
1332 S. Arnaldus, ſiue Monaldus Arch. Mart. 36 130
1338 Arnaldus Arch. 37. 130
1633 Auguſt. Arch. 69 187

C

1255 CApoferrus Archiep. 30 123
1473 Corradus Arch. 54. 152

An. Dom.

D

1409 DOnatus Archiepiſcus 45 141

F

1383 FRanciſcus Archiepiſc. 43 139
1538 Franciſcus 2. Cardin. Archiep. 62 172

G

1507 GAlcottus Card. Arch. 58 165
1430 Gaſpar Archie. 48 75
1130 Gregorius Archiepiſcop. 16 105 & 108
1227 Gualderius Archiepiſcop. 28 121
1032 Guarmundus Archiepiſcopus 8 82
1140 Guarmundus 2. Archiep. 17 111
1346 Guilliel. Arch. 38 133

H

1156 HEnricus Archiepiſcop. 20 113
1179 Herebertus Card. Archiep. 24 115
1368 Hugo Archiep. 41 138

1378

An.Dom.

1378 Hugo 2. Arch.42 138
1414 Hugo 3.Arch.46 142

I

1451 IAcobus Archiepiſcopus 50 148
1560 Iacobus 2. Card. Archiep.65 175
1176 Ioannes Arch.22 114
1196 Ioan. 2. Arch.26 117
1284 Ioannes 3. Archiep. Card.31 127
1299 Ioan.4.Arch.33 128
1554 Ioan.5.Arch.64 174

L

969 LAndulfus Archiepiſcop.1 69
1108 Landulfus 2. Archiepiſcop.14 98
1130 Landulfus 3. Pſeudo Archiep. 104
1488 Laurentius Card. Archiepiſc.56 159
1482 Leonardus Archiepiſcop.55 158
1177 Lombardus Archiepiſcop. 23 114
1503 Ludouicus Card. Archiep.57 164

M

1574 MAximilianus Archiep.66 176
1063 S.Milo Archiepiſcopus 11 91
1306 Monaldus Arch.35 129
1009 Mundus Archie.5 80

An.Dom. N

1396 NIcolaus Archiepiſc.44 140
1458 Nicolaus 2. Archiepiſcopus 51 149
1464 Nicolaus 3. Archiepiſcopis 53 151

P

1428 PAulus Archiepiſcopus 47 145
1148 Petrus *Arch.*18 112
1294 Petrus 2. Card.*Arch*iepiſcopus 32 128
1355 Petrus 3.*Arch.*40 137
1607 Pompeius Card. *Ar*chiepiſcop.67 181

R

1077 ROffridus *A*rchiepiſc.13 93
1119 *Roffrid.*2.Arch.15 101
1181 *Roger.* Archiepiſc. 25 Card. 116
1198 Roger.2.Arch.27 118
1134 Roſcimandus Pſeudo Archiepiſc. 106

S

1166 SEbaſtianus Archiepiſc.21 113
1508 Sixtus Card. Archiepiſcopus 59 165
1149 Stephan.Arch.39 134

V

1239 VGolinus Archiepiſc.29 121
1053 Vldaricus Elect. Archiepiſcopus 10 84
1015 Vrſus Archiep.7 81

MARII DE VIPERA

ARCHIDIAC. BENEVENTANI,

CHRONOLOGIA EPISCOPORVM, Metropolitanæ Eccleſiæ Beneuentenę. Quorum extat memoria.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMAN.

SANCTVS PHOTINVS Apoſtoli Petri diſcipulus, ab eo Beneuentũ miſſus anno Dom. 40.circiter, fuit primus, qui Epiſcopale munus Beneuenti exerceret, ex maiorum noſtrorum traditione; Quod probabile eſt, cùm nedùm Neapoli S. Petrus Epiſcopum conſtituerit, verùm etiam Capuæ,Puteolis, alijſq; in locis, & multò magis in Ciuitate Beneuentanâ eo tempere florentiſſima. De cuius Vrbis magnificentia, & gloria; vt in ipſo præſentis meæ Chronologiæ veſtibulo aliquid Lectoribus pertranſennam innoteſcat nonnulla prius prælibare mihi viſum eſt.

BENEVENTVM ergò Vrbs antiquiſs.vt ipſi an-

Digitized by Google

tiquitatis teſtantur annales, à fortiſſimo illo Græcorum Duce Diomede deuaſtata, ab eodem ſuam ſecundario agnoſcit Originem, *a* & à primeua Sabellorum eam tribus ſæculis Vrbe Romanà antiquiorem appellant. *b* Quæ pro temporum varietate varijs etiam appellata nominibus, primum Meletia, *c* Deinde Samnia, vel vt alij ſcribũt Samnium, quod ex vulgatiſſima maiorum traditione adhuc in Prouincialium ore verſatur, & vt in vetuſtiſsimis ipſius Vrbis monumentis ſæpè vſurpatum reperimus, & præſertim in ſcripturis Bibliotecæ Beneuentanæ, *d* & dirutæ Eccleſiæ S. Mariæ ad Oliuolam, quod meminit etiam Paulus Diaconus agens de Prouincia Samnij, his verbis, in hac ſunt Vrbes Theatæ, Aufidena, Hiſernia, & antiquitate conſumpta Samnium, à qua tota Prouincia nominatur, ipſa harum Prouinciarũ caput ditiſsima Beneuentũ; *e* Tum Maleuentum ex ventorum violentia, quibus mirum in modum affligebatur, Liuius, & Procopius arbitrantur, *f* Poſtremò Beneuentum quaſi boni hominis nomen, quod ante Chriſtum natum annos 279. Romanis fundatoribus Conſulibus P. Sempronio, & Appio Claudio ab Vrbe condita Ann. 473. & decimoquinto poſt bellum Samniticum, conſequutum eſt, iuxtà Eutropij ſupputationem. *g* Diuturniora ſui Imperij fundamenta retinuit, vel vt Reſpublica, Samnitum tempore, vel vt cõmunis dominij caput apud Duces, vel ut nunc, ſub fœlici Apoſtolicæ Sedis arbitrio: unoquoque triplicis huius ſtatus ſemper aliquid ſumma gloria dignũ eluxit, ſuæq; uirtutis impreſſa ueſtigia dereliquit. Namq; donec Samnitum

a *Procop. lib. 1. de bello Cathol. pag. 34.*
b *Plin. lib. 3. c. 11. p. 2.*
c *Marin. Frec. li. 1. de ſubfeud. tit. de Prouinc. & Ciuit. Regni n. 50.*
Mambrinus Roſeus de Fabriano in 2. p. Hiſtor. Regni Neap.
d *Ex Biblioth. Beneu. in faſc. Not. Anto. da Antonell. n. 34.*
e *Paul. Diac. de Geſt. Longobart lib. 2. cap. 20.*
Heremperi. in ſuo Chron. m. 5. pag. 11.
Io. Villan. lib. 2 cap. 7. Hiſt.
f *T. Liui. lib. 9. pag. 128.*
Procop. de bell. Cath. lib. 1. pag. 38.
g *Eutrop. lib. 2. Hiſtor. pag. 78.*
Plin. lib. 3. cap. 11. par. 2.

Digitized by Google

nitum nomem apud Italiæ Populos extitit formidabile; ſemper inter omnes alias Samnij Vrbes,ut ingenuè fatear contra fines inuidiæ, Beneuentana Reſpub. Princeps in uictorijs reportandis,inuicta in prælijs adeundis,& deniq; in maximis periculorum omnium caſibus prima ſemper enituit, & glorioſa: qua de re æmula facta Romæ longo decem luſtrorũ ſpatio, *h* multis prælijs de totius Terrarum Orbis Imperio cum Populo Romano fortiſsimè, & non ſine maxima gloria dimicauit, & multoties uictrix exiſtens, uel Exercitum uniuerſum graui internicione proſtrauit, uel audacter fugauit, uel ad unum Romanos omnes,Duces,& Milites ſolo honore cõtenta ſub iugum miſſos libertate donauit, *i* De quo ad æternam Beneuentanæ gloriȩ memoriam in furcis Gaudinis publicum,ac celeberrimum extat monumentum. Ac etiam eiuſdem Vrbis magnitudinis argumentum nonne eſt, Sepeam Beneuentanorum fuiſſe Coloniam, ut ſculptum marmor in foro Ciuitatis Ariani his uerbis clarè demonſtrat.

h *T.Liu.lib.*23. *pag.*182.

i *T.Liu. lib.*9. *pag.*121.

GENIO
COLONIAE BENEVENT.
SEPEA
C. L. FIDELIS SVA PECVNIA
FECIT LOCO D.D.D.

At tandem aliquando licet communi Terrarum Orbis fato Romanis cedere neceſſe fuerit, quod non

A 2 eorum

Digitized by Google

eorum uirtute factum, ſed dolo, dum contracta pace Samnites aggrediuntur, ut Eutropius recenſet his uerbis, *Si fidem fœderis, quam ſibi Romani ſeruari à ſubiectis volunt, ipſi ſubiecti Samnitibus ſeruaſſent, hodie aut omnino non eſſent, aut Samnio dominante ſeruirent*. *K* Ita tamen apud eos in honore fuit, ut Colonia eorundem affecta inter pulchriores, & ditiores Italiæ Ciuitates in bellorum ciuilium incendio tamquam pulcherrima, & ditiſsima numeraretur, & haberetur. *l* Neq; minimum eſt Beneuentanæ Vrbis excellentiæ argumentum, eiuſdem Amphitheatrum pro ludis coram Imperatore Nerone celebrandis à Vitinio fuiſſe electum. *m* Quod idem Imperatoris Traiani conſilium, & uoluntas confirmat, qui Beneuenti glorioſum uictoriarum ſuarum monumentum illuſtrium facinorum Tropheum, non contemnendo erigi mandauit. Deficiente demum Romanorum Imperio, Beneuenti tamen gloria, & ſplendor minime defecit; nam antiquas ſuæ virtutis vires, igniculoſq; quaſi ſopitos ſuæ magnanimitatis exuſcitans breui caput totius euaſit Italiç; Hìc enim Longobardorum ſceptrum refloruit, quod abſque vlla dubitatione poſt Ticini, ſeù Papiæ Regnum nullibi maior extitit ditio, quam eorundem Beneuenti Ducatus, qui non modò Salerno, Capueq; celeberrimis Ciuitatibus, ſed etiam Lucania, Apuliaq; vniuerſa ſubacta, vtriq; Calabriç, vtriq; Aprutio ſuas leges ferebat; *n* atq; in tota ferè Campania dominabatur, exigua tantùm parte pro Neapolitanis relicta, qui tunc à Græcis regebantur. Hinc eſt, quod Beneuenti longa Principum ſeries inſculpta videatur,

K *Eutrop. li. 2. Hiſt. pag. 64.*

l *Appian. lib. 4. in initio pagin. 178.*

m *Corn. Tacit. lib. 15. Annal.*

n *Herempert. in ſuo Chron. n. 5. pag. 42.*

tur, qui omnes diademate coronati, Regum more inungebantur, eorumq; Palatium quaſi ſacroſanctũ habebatur. *o*

o Leo Hoſtien. in Chron. Caſinen. lib. 1. c. 9.

Inter Sereniſſimos Beneuenti Duces decimus quartus Dux, primus Princeps magnus ille Arrechus eluxit illuſtrior, qui vt in ſublimi ſuæ, maiorũq; ſuorum gloriæ faſtigio pietatis etiam palmam erigeret, ingens illud Sophiæ Templum, ſanctitatis ærarium, ac pietatis regiæ inſigne monumentum à fundamentis proprijs ſumptibus extruendum curauit; quo poſtea innumera penè Sanctorum corpora, atque infinita Sanctorum Reliquiarum analecta hinc inde per diuerſas Italiæ, & Mundi partes exquiſita comportauit, & omnia penè exhauſit, vt hoc vnum Templum, quamplurimis Sanctorum ditaret theſauris, multis auri, argentiq; donis exornaret, pluribus annuis redditibus aleret, & deniq; varijs Caſtris, Villis, Campis, alijſq; bonis innumerabilibus donaret. *p*

p Leo Hoſt. ibi. Heremper. ibid. pag. 144.

Hic ille Arrechus, qui Vrbem totam pulcherrimis ædificijs reddidit pulchriorem, qui eam altiſſimis, validiſque muris vallauit, ac ſæpſit, qui crebris, eandem, tutiſq; turribus vndequaque muniuit. *q*

q Ex Archiuio Monaſt, S. Modeſti in actis eius trãslat. ex Vrbe Beneu.

Hic ille Arrechus, qui varios bellorum euentus expertus; qui multoties cum inuictiſſimo Imperatore Carolo Magno laude dimicauit, cuius eximiam Principis prudentiam tantus Imperator admiratus (virtus enim etiam in armato hoſte eſſe ſolet amabilis) ita adamauit, vt mentito habitu eum inuiſere, heroicamq; inuiſi virtutem propè oculis ipſis intueri ſtatuerit. *r*

r Herempert. in ſuo Chron. m. 5. pag. 14. & 143. Admirat. in vita ipſius Princ. Arre.

Poſt

Poſt tantum Arrechum floruit Dux ille Sico virtute, factiſq; illuſtribus nulli ſecundus. Hic enim Neapolitanis bello deuictis,& ad tributum redactis ab Vrbe Neapoli Sanctiſſimum glorioſiſſimi Martyris Ianuarij Beneuentani Epiſcopi corpus eductum ad priſtinam ſedem, caramq; Patriam ſummo cum honoris plauſu reduxit. *s*

A Sicone minimè degenerauit Sicardus, qui Neapolitanis tributum conſuetum ſoluere retractantibus,ita frænum impoſuit,vt ingenti eorum ruina, ad reddendum ferro,flammiſq; coegerit. *t*

Neq; his impar enituit fortis ille Dux Radelchis, qui Capuam Romano Imperio æmulantem in fauillam,cinereſq; ſolo æquatam reduxit,ideòq; poſtea alio in loco eſt reædificata. *u*

Verùm enim verò, vt breuitati conſulam,neceſſe eſt, vt aliorum Principum Sereniſſimorum commemorationem ſilentio premat, quos ego licèt inobliuionis tumulo,quaſi conſepultos derelinquam,ſemper tamen glorioſa eorum facinora, quaſi accenſæ faces vbique eluceſcentes tanquam veros Heroes demonſtrabunt; An non ampliſſimæ Montis Caſini opes illorum pietatem,& gloriam prædicabunt, nōne à Beneuētanorum Principum munificentia quaſi ex vberrimo Octano tantarum diuitiarum flumina, in ſuum locum corriuarunt. *x*

At tādem ſub fœliciſſimo S.R.E. Romanorumq; Pontificum Imperio, vt nunc eſt, redacta Vrbs Beneuentana ſemper apud eoſdem plurimi fuit, *y* pluréſq; ad maxima peragenda negotia pro tutiſſimo,& oportuniſſimo loco ab eiſdem electa.

s Leo Hoſt. ibid. lib. 1. cap. 19. Her. mper. ibid. pag. 37.

t Heremp. ibid. pag. 39. & ſeq.

u Hoſti. ibid. c. 24. & 30. Sigoni. de Regno Italiæ in Anno 835.

x Leo Hoſt. in Chron. Caſinen. quaſi per totū.

y Leo ibid. lib. 2. c. 83. & lib. 3. c. 56.

Hinc

Hinc arma Magni illius Leonis contra Northmannos coruſcarunt, impetumq; fecerunt. *z* Hanc primam Gregorius Septimus illicò inuiſit. *a* In hac Victor Tertius ſuum contra Guibertum Hæreſiarcham Concilium indixit, compleuitq; *b* in hac eadem Vrbanus Papa II. generalem Synodum collegit, & ſententiam anathematis contra eundem Guibertum, & omnes complices Synodali iudicio confirmauit. *c* Ibidem Paſchalis II. tres Synodos celebrauit. *d* Eiq; hæc aduersùs Henrici IV. Imperatoris audaciam, & impotentiam tutiſſima Arx, fidumq; refugium fuit; memor enim erat, quòd hæc eadem Vrbs Beneuentana ipſius Henrici Auo licèt armato olim in oculorum omnium conſpectu portas obtruſerat, eumq; cum ſuo exercitu fortiter excluſerat. *e* Nonnè hic Northmanni fidem tandem, obſequiumque Caliſtò Papa II. adiurarunt. *f* Hic Rogerius Regni diadema Anacleto Antipapa extraxit. *g* vbi etiam belli fomes inter ipſum, & Innocentium Papam II. alebatur; Anacletus enim inter eiuſdem Vrbis ſepta trigintamillia Peditum, quingentoſq; Equites nutriebat. *h* Hìc denique quamplurimi Summi Pontifices diutiſſimè tanquam in tutiſſimo, & floridiſſimo diuerſorio ſunt ſæpè commorati; Regnoq; Siciliæ citra Farum alijs conceſſo, ſemper fideliſsimam Beneuenti Vrbem tanquam Ocellum ſibi tantùm reſeruarunt, quod non niſi pro perpetuo, fixoq; teſtimonio directi in idem Regnum dominij tanquam clariſsima nota, ſignumq; euidentiſsimum extat. *i*

Porrò neq; minimum inter gloriæ argumenta nume-

z *Leo ibid. li. 2. cap. 70.*
a *Leo ibid. li. 3. cap. 13. & 36.*
b *ibid. c. 70. & 72.*
c *Baron. in an. 1091. lit. E.*
d *Chryſol. Eccl. in anno 1113. & 1117.*
e *Leo ibid. lib. 4 c. 30.*
f *Leo ibid. c. 32.*
g *Falcon. in Chron. Beneu. in ann. 1130.*
h *Leo ibid. lib. 4 c. 105. Sigon. de Regn. Ital. in ann. 1136.*
i *Ex Bulla limit. confin. inter Reg. & Beneuent. Clem. Pap. VI. de anno 351.*

numeratur, Beneuenti Metropolim talibus eſſe honoribus inſignibus decoratam, quæ nulli vnquam conceſſa videantur, ſcilicèt, Pontificale Camaurum vnica ornatum corona Archiepiſcopos geſtare, eoſdemq; plumbeis bullis ſcripturas ſignatas munire, copioſoq; ſuffraganeorum numero præeſſe. *K*

K Ex Biblioth. Beneu. in faſc. Priuileg. n. 11. & 11.

Quare ſi Vrbis exordium cōtemplari velis, multis ſæculis Roma antiquiſsima antiquius extat. Si Ciuium naturã, & genium, eos ad omnia natos experieris, quia cùm à quatuor nationum ſanguinis commixtionem trahant originem à Græcis aſtum, à Samnitibus fortitudinem, à Romanis conſtantiam, à Longobardis audaciam videntur Accepiſſe hæreditariam. Si verò Vrbis ſitum, & locum malis aſpicere, quid eo iucundius, quid amænius? Vrbs in miti colle ſita, binis Vallibus amæniſsimis dominatur, quæ hinc illinc duplici rigatæ flumine Calore, ſcilicet, & Sabatho ab Oriente ad Occidentem profluente floridiſsimæ efficiuntur; Ideoq, tot vberrimorum agrorum Domina, vndiq; varijs alijs viridantibus Vallibus, Collibuſq; pomiferis intermixtis, vel deliciarum, vel Pomonæ, Veriſq; ſedes poteſt iudicari. Nullus hic ſterilitatis locus, nullus incultus ager, vbique terræ Vbertas, vbiq; fructus, ſeges, & arbor effloreſcit. ſi autem Ciuitatis frequentiam, & nobilitatem ſpectabilis, ea nempè eſt numeroſiſsima referta Populo, Nobilitate pari adornata. Adeò vt centum Nobiles ad Vrbanum Papam II. Ciuitas Beneuentana delegauit Oratores, *l* Studiorum varietate florida, ingentibus Templis, Sanctorum Corporibus, ſacriſq; cineribus ita munita, & diues

l Falcon. in Chron. Beneu. in ann. 1102.

vt

vt Romanam videatur olere ſanctimoniam.

Aper verò, quem Diomedes à Meleagro habuiſſe fertur, *m* Beneuenti inſignia, Beneuentanorum Ciuitatem, animi concordiam, coniunctamq; vnionem, ac eorum fortitudinem, cōſtantiam, & magnanimitatem præſeferre declarat.

m Procop. de bello Goth. lib. 1. pag. 38.

Glorioſiſſima verò Beneuenti facinora, actaque memoranda quis vnquam poterit pertranſennam commemorare? Quis litteratos Heroes in variarū ſcientiarum gloria Principes; Quis Duces, & Milites in armorum excellentia claros; Quis ſanctiſſimos viros eximia ſanctitate florentes; Quis viros illos in animi magnificentia, & in fortitudine præclariſſimos breui poterit oratione complecti? Qui omnes in omnibus ſæculis tàm gloriæ ſuæ, quàm poſteris imitationis aliquod ad æternitatem impreſſum veſtigium relinquerunt? *Liui. Strabon. Eutrop. Erodot. Paul. Diac. Herempert. Hoſtienſ. & alij*, apud quos inuenies ſummam Beneuentanorum potentiā, incredibilem fortitudinem, copioſas diuitias, ingētia bella, maximas victorias, ſanctitatem, pietatemq; chriſtianam eximiam. Et quia de recentioribus loqui, eſſet inuidiæ igniculos in alijs accendere, & excitare; Ideo conſulto hos ſilentio premam; antiquorum tantùm contentus, ex quibus etiam pauciſſimos in medium afferam omnibus notos, qui à Beneuentano ſanguine prodiere, Beneuenti vixere, & tùm in Patria, tùm alibi glorioſiſſima facinora egerunt. Et nè tanto iure debito honoris tributo defraudare videar merentes, Principem abſq; vlla dubitatione locū in his habet fortiſſimus ille Martyr Ianuarius;

B cuius

cuius natales, origo, vita, ſanctimonia, & Epiſcopalis dignitas Beneuenti floruere, & inter Beneuentanos Epiſcopos decimustertius cōnumeratur, *n* cum quo vixerunt, ſanguinemq; profuderunt glorioſi illi Martyres Feſtus Diaconus, & Deſiderius in eadem Beneuentana Cathedrali Lectoris officium exercens, *o* Et cum eis Stephanus etiam ciuis Benauentanus martyrij coronam accepit, *p* Qua fuit etiam in hac eadem Vrbe corona decoratus Benignus Archidiaconus Beneuentanus. *q*.

Sanctiſſimi huius Epiſcopi, Martyriſq; glorioſiſſimi Ianuarij in vitæ ſanctitate exempla, in dignitate Epiſcopali vigilantiam, in virtutibus imitationem non longo, poſtea interuallo ſequuti ſunt alij Sanctiſſimi Epiſcopi Beneuentani Dorus, Apollonius, Caſſianus, Barbatus alijq; permulti, *r* poſt quos floruit in dignitate Archiepiſcopali Sanctus Monaldus Martyr, & S. Nilus. *s* Hic etiam Paulus Beneuentanæ Eccleſiæ Diaconus magnæ ſanctitatis vir. *t* Hic oſſa Cœnobij Monialium S. Petri Abbatiſſa, vitæ, ac miraculorum inſignis. *u* Hic Daniella Ordinis Prędicatorum vitę ſanctitate clara, Petri de Vipera filia. *x* & nonnulli alij, quos breuitatem inſectando prætermiſi conſulto.

Extra Patriam nonne floruit S. Piaton Presbyter Martyrio coronatus Tornaci in Gallia actionibus Illuſtris ſub Maximino Imperatore. *y* Necnon Sanctus Euaſius ex nobili Beneuentanorum genere ortus, miraculis clarus, Epiſcopus Aſtenſis in Gallia Ciſalpina, vbi ab impio Artubali Arianorum Duce fuit Martyrio coronatus. *z* & nonnullos alios vt in

Ca-

n *Ex Bibliotb. Caſin. in m. 5. c. de ſanct. geſtis.*
o *Baron. in an. 305. litt. D.*
p *Topographia S. Martij Gabuliens Epiſc. in lit. B. verſic. Beneuentum.*
q *Ex Archiu. Monaſt. S. Sophiæ in m. 5. C. vbi regiſtrata ſunt nom. S. in ipſa Eccleſia tumulatorum.*
r *Ex Bibl. Ben. in m. 5. C. de geſtis Sanct. p. 2. pag. 26. & ſeq.*
s *Gabulien. Epiſ. ibid. Card. Bellar. de ſcriptorib. Eccl. in an. 1320. pag. 213.*
t *Metaphraſt. in vita S. Chry.*
u *Petr. Dam. in lib. 8. ep. epiſt. 5. ad Petrum Senatorem Vrbis.*
x *F. Io. Bapt. de Caſerta Ordin. Prædic. Mag. de Orat. Sanctiſs. Roſar. lib. 1. m. 5.*
y *Molanus de S. Piaton. Martyr. tranſlat.*
z *Mutius de Reliq. Pargamēſ. lib. 1. pag. 10.*

Digitized by Google

Catalogo Sanctorum Eccleſiæ, & Ciuitatis Beneuentanæ notauimus, quos breuitatis cauſa hìc vltrà prætermittimus. Eorum, qui in litteris, & toga Beneuenti floruere', maxima deſcribi poteſt multitudo, ſed pro millibus ſatis ſit noſſe Papinianum illũ Iuriſconſultum celeberrimum, *a* Petrum, Galuanũ; Odofredum, Goffredum, alioſq; quàmplurimos omnes fuiſſe Beneuentanos. Et Herempertus nonne recenſet, quòd regnante Ludouico II. Imperatore, & Adelgiſo Principe trigintaduo Philoſophi Beneuenti floruere, ex quibus Ildericus vir illuſtris, & vitæ ſanctitatis clarus? *b*

a *l. Heredes mei ff. ad Trebell.*

b *Heremper. in ſuo Chron. m. ſ. pag. 94.*

In armorum gloria præſtantes tot, tantiq; fuere, vt ad æternam memoriam eorum præclara facinora admirari omnia ſæcula nunquam deſinent. Et cùm de ijs tot, tantæq; victoriæ, reſq; in bello per ipſos benè, fortiterq; geſtæ, nec non, & ipſi antiquitatis annales, Hiſtoriarumq; ſcriptores teſtantur, ideò eos ſub ſilentio pertranſeo.

Nec modo Beneuentana Vrbs fuit tot illuſtrium virorum in ſanctitate, in litteris, armiſq; florentium fæcunda mater, ſed etiam Chriſtianæ Reipublicæ peperit Pontifices. An non Felix IV. Beneuentanus fuit, qui multa decreuit, & loca ſancta extruxit, Patriarcham Epiſcopum Petrum Anthymum declinãtem à fide excommunicauit. *c* An non Victor III. natalibus, virtute, cæteriſq; naturæ dotibus inſignis, Illuſtriſq; Beneuentanorum ſanguine fuit. *d* An non Gregorius ille VIII. pari nobilitate, & pietate nulli inferior Beneuentanus fuit. *e*

c *Panuinius, et Baron. in ann. 526. Ferrarius in Cathal. Sanct. Italiæ ſub die 25. Februarij.*

d *Leo Hoſt. lib. 3. ferè per totũ.*

e *Platina in uita Greg. Pap. 8.*

Inconſtantia, animiq; magnitudine, quanta mihi

nobilium virorum fœcunda ſeges efflorefceret, ſi omnes vellem adnumerare? Tu inuicte, & nunquã ſatis laudate Ieſualde Horatij Coclitis æmulator, verè Romanorum ſanguis teſtis es, cùm tanquam optimus Benauentanus Ciuis propriæ Patriæ incolumitatem tuæ ſaluti, ac vitæ prætuliſti, vt tui generoſi ſanguinis auro eam à furore, & ab arctiſſima Conſtãtij, Cõſtantini dicti, Cõſtantinop. Imperatoris obſidione liberares, *f* Erit ad perpetuam tuorũ facinorum tuba ſonãtior Hiſtoricus ille Admiratus, quàm balbutiẽtis meæ eloquentiæ calamus, qui ne longius excurrat breuitatis oblitus ad cœptam redeam Chronologiam. *g*

f Paul. Diac. de geſt. Longob. lib. 5. c. 9. Sigon. de Regn. Ita. in an. 667. ex geſtis S. Barb. Ep. Beneuent. p. 1. pag. 81.

g Admiratus in vita Ducis Romualdi.

N. Eiſcopus II.	N. Epiſcop. VIII.
N. Epiſcop. III.	N. Epiſcop. IX.
N. Epiſcop. IV.	N. Epiſcop. X.
N. Epiſcop. V.	N. Epiſcop. XI.
N. Epiſcop. VI.	N. Epiſcop. XII.
N. Epiſcop. VII.	

SANCTVS IANVARIVS Epiſcopus Beneuentanus XIII. *a* miraculis clarus, Martyr triũphauit Puteolis cùm Feſto Diacono, & Deſiderio Lectore Eccleſiæ Beneuent. Diocletiano, & Maximiniano Imperatorib. ann. Domini 305. *b* & cùm prædictis Sãctis triumphauit etiam Stephanus eiuſdem Ciuitatis. *c* Quorum Martyrij die etiam Sancti Ianuarij mater, quæ Beneuenti degebat, poſt habitam viſionem, qua aſpexit filium in Cœlum volãtem, mox experrecta, & in oratione poſita, ſpiritum Deo reddidit. *d* Quo tẽpore quidam Paganus Nobilis,

a Ex Bibliotb. Caſin. in m. 5. Cod. de geſtis Sanct.

b Baron. in an. 305. lit. D.

c Gabulienſ. Epiſ. in Topograph. Sanct. Marty. lit. B. ver. Beneuentum.

d ex Bibliothec. Benen. in m. 5. C. de geſt. Sãct. p. 2. pag. 76. ſignato n. 168.

Digitized by Google

bilis,ac Diues Ciuitatis Beneuen. Senator Cyphius nomine filios non habens, auditis prędictorum Sanctorum miraculis, occultè miſit fiedliſſimum hominem cum vehiculo, alijſq; neceſſarijs ad abſtrahenda Sanctorum Corpora, vouenſq; ſe cum omnibus ſuis baptizandum, ſi eorum precibus filios à Deo habere mereretur; Sed cùm corpus Sancti Ianuarij à Neapolitanis ſublatum inueniſſet, Corpora Sanctorum Feſti, & Deſiderij abſtulit; quæ dùm Beneuentum ducerentur, ipſi Sancti admonuerunt hominem illum, qui vehiculo præerat, vt ipſos abſconderet, ne inſequens Vendarius auferret, ille ſtatim in congruo arenarij loco abſcondit, ſubſequitur interea, vt Sancti prædixerant, Vendarius eum interrogans, vidiſti ne huc illorum occiſorum corpora ab aliquibus duci? Reſpondit; Boues meos modò paſco, vt vides Domine, nec vllum tranſeuntem vidi. Sic illuſus Vendarius reuerſus eſt, & ille repoſitis plauſtro Sanctorum corporibus, Beneuentum ad Dominum ſuum perrexit, qui ea magno cum gaudio ſuſcepta optimo loco ſepeliuit. Demùm (quia quod concupierat obtinuit) cum omnibus ſuis baptizatus eſt, ijſq; Sanctis Martyribus Baſilicam extruxit, quorum interceſſionibus meruerat à Deo filios habere; Et fuit primum Templum in Sanctorum honorem Beneuenti erectum. *e* Locus, vbi fuit ædificatum pro certo non habetur, ſed ex maiorum traditione prope ripam fluminis, qui Serretella vocatur fuiſſe fertur.

e *Ex Bibliotb. Beneu. in m. 5. C. de geſt. Sāct. p. 2. pag. 77.*

Ann. Domini 825. circiter die 23. Octob. fuit è Neapolitana Ciuitate Corpus glorioſſimi Martyris Ia-

Ianuarij per Siconem Principem Beneuentanum in ſuam ſedem , ~~Patriamq;~~ portatum , & in Cathedrali , quæ Hieruſalem appellabatur , vbi antiqui Epiſcopi, & ipſe S. Ianuarius aliquando reſedit , cũ Sãctis Martyribus Feſto , & Deſiderio quàm honorificè tumulatum. *f* quæ dies tranſlationis Beneuẽti perpetuo colitur. Quæ Cathedralis Eccleſia hodie non extat , niſi Cappella in Parochialem conuerſa ſub S.Luciæ,& per priùs S.Feſti nomine, non longè ab ædibus eiuſdem Martyris,& Epiſcopi,quæ hucuſq; communiter vocatur Domus S.Ianuarij. Reliquiarum verò Epiſcopi ~~Ciuis~~, & Martyris noſtri glorioſi, hodie pars aliqua Beneuenti in Principe Templo ſeruatur , ſicuti Corpus Neapoli vnà cum capite, & ſanguine conditur, vbi magna obingentem , & frequentem miraculorum operationem veneratione colitur. Viget ibi inſigne illud,& perẽnẽ miraculum , ſanguinem eiuſdem Martyris , qui in vitrea ampulla concretus, & durus aſſeruatur , is cùm primum in conſpectu Capitis ponitur , quaſi fontem vnde emanauerat agnoſcens , protinus liquefit,& ebullit maxima omnium admiratione.

f Ex ead. Bibli. et Cod.pag.103 & 105. Leo Hoſt.in lib. 1.cap.19.

Hac eadem tempeſtate Sanctus Hippolitus , à nonnullis Hippolyſter appellatus, Presbyter Abellini (qui poſtea martyrio fuit coronatus) Beneuentũ profectus, vbi aliquamdiù, vt fideles magis firmaret, demoratur, narrat Paulus Regius Epiſcop. Equenſ. 1.par. de Sanctis Regni Neapolit. ea tempeſtate fuiſſe fatemur, qua Eccleſia Beneuentana ob mortem Sancti Ianuarij Epiſcopi , Paſtore deſtituta reperiebatur .

Digitized by Google

THEOPHILVS Epiſc. XIV. interfuit Concilio Lateran. ſub Melchiade Pap. ann. Dom. 313. circiter, de quo Optatus aduerſus Parmen. & Binius. Quanto tempore Eccleſiæ Beueuentanæ præfuit, temporum iniuria latet. Hac eadem tempeſtate fuit martyrio coronatus Sanctus Piatus Presbyter Beneuent. Tornaci in Gallia, de quo Molanus in Indiculo quinquageſimoquinto Belgij litera B. hæc habet. *Sanctus Piatus, ſiuè Piaton Presbyter, & Martyr Beneuenti finibus ortus, cum Betis Martyribus Quintino, Lucio, Luciano, Albino, Criſpino, & Criſpiniano ab Vrbe Roma Gallias cauſa prædicationis expetijt in perſecutione Maximiniani: Vnde in Vrbe Tornaco plurima multitudo Populi: quam etiam prædicationem martyrio ſuo conſignauit. Milites enim eum perſequentes, primùm ſocioſ ipſius gladijs occiderunt, cumque eum viderent ſociorum nec non moueri, nec ſinere conſtanter Dei gloriam prædicare, vnus euaginato gladio caput prætioſum abſcidit.* Quieſcit Siclinij propè Tornacum, vbi in honorem Martyris, & primi Apoſtoli Tornacenſium eſt Clericorum, ſiuè Canonicorum Collegium. Tornacenſis Eccleſia celebrat Natalem Kal. Octob. quo die etiam ab Vſuardo notatur, Translationem 4. Kal. Nouemb. quam fecit Eligius Epiſcopus, qui etiam monumētum Martyris mirificè exornauit, & ex culpſit ſepulchrū, quātus ſit Martyr apud Deū in Curia Cæli, de quo etiam Martirologium Romanum prima die Octob. De eodem extat Hymnus, ſiuè proſa D. Fulberij Carnotenſis Epiſcopi, qui incipit, vt ſequitur.

In

In tellure Beueuenti, claris ortus Patribus.
Inſignis mundo Piatus ſacris fulſus moribus. &c.

SANCTVS DORVS Epiſcopus XV. poſt Sanctũ Ianuarium Martyrem Epiſcopatum ſuſcepit ſecundo loco anno circiter 320. Qui in maxima temporum calamitate aduersùs Fidei Catholicæ hoſtes fortiter dimicauit, dimicandoq; patientia ipſa victoriam reportauit. *a* & tandem plenus meritis migrauit ad Dominum, annus verò deſideratur, eiuſq; natalem celebrat Eccleſia *B*eneuentana die 20. Nouemb. ex Martirologio m. 5. in Biblioth. Beneuent. exiſtente ſigno nu. 178.

a *Ex Biblioth. Beneu. in m. ſ. Cod. litteris Hogobard. de geſtis Sanctorum p. 2. pag. 26.*

SANCTVS APOLLONIVS Epiſc. XVI. Anno Dom. circiter 326. S. Doro ſucceſſit, de quo illud ſingulare refertur, quod ad euitandũ impiorũ perſecutiones, exigua extra Vrbẽ ſibi extructa domo, habitauit, ibiq; munus, vt poterat Epiſcopale obibat, donec per confeſſionis viã migrauit ad Dominum, quo verò anno, nõ eſt, qui id doceat. *b* Eiuſq; memoriæ obitus die 8. Iulij colitur ex Biblioth. Beneuent. in Martyrologio antiq. m. 5. ſignato nu. 178.

b *Ex ead. Biblioh. & Cod. m. 5. vt ſup. Ex ead. Bibliot. in m. 5. Martyrolo. antiquiſſ. ſign. nu. 178.*

SANCTVS CASSIANVS Epiſcopus XVII. S. Appollonio ſucceſſit, qui Beneuentanã Eccleſiam ad multos annos adminiſtrauit; multa paſſus incommoda, & aduerſa, atq; perſecutiones, omnia vicit patientia, orationibus deditus, curam pauperum agẽs, ac ſibi commiſſum gregem verbo, & exemplo paſcens, tandem ad premium euocatus migrauit, è vita, multiſq; poſt mortem miraculis corruſcauit. Floruit Anno Domini 311. circiter, eius Feſtum celebrat Eccleſia Beneuentana die 12. Auguſti. *c* Extat

c *Ex ead. Biblioth. & Cod. m. 5. vt ſup. ex eod. Martyrol. m. 5. vt ſup.*

Digitized by Google

in honorem Sancti Epiſcopi noſtri Eccleſia Beneuenti dicata, olim Parochialis, ſed temporum antiquitate quaſi collapſa.

S. IANVARIVS ſecundus Epiſcop. XVIII. cuius meminit tex. in c. 1. diſt. 71.

Anno Domini 347. interfuit Concilio Sardicẽſi ſub Iulio Papa I. apud eius acta legitur eius ſubſcriptio his verbis, *Ianuarius à Campania de Beneuento Epiſcopus.* *a* Huius Ianuarij eſt caput octauum dicti Concilij Sardicenſis latinæ editionis. *De alieno Miniſtro Eccleſiæ non ordinando.* Hunc item Ianuarium Sanctis annumerat Binius his verbis, *Ex Italia verò lumina clariſſima eandem Synodum illuſtrarunt nobiles ſanctitate, & illuſtrium ſedium Epiſcopi, Protaſius Mediolanenſis, Seuerus Rauennas, Lucillus Veronenſis, Ianuarius Beneuentanus Epiſcopi.* Hæc Binius Notis ad Concilium Sardicenſe pag. 448. Coloniæ edit.

a Adrian. Pap. in Epitom. Baron. in ſuis annal. in ann. 347.

LINIANVS Epiſcopus XIX. *b* Quo anno floruit, in actis Beneuentanæ Eccleſiæ minimè exprimitur, ex quibuſdam autem coniecturis, huic anno Domini 369. conuenire mihi viſum eſt; Qua tempeſtate Symmachus ſenior in vna ſua epiſtola hæc ſcribit de Ciuitate Beneuentana ad quendam ſuum amicum, v3. *Interea ſi nobis vacuas aures datis, dicam, quid diebus ſuperioribus egimus. Baijs remotus ab arbitris otiabar. Eo poſtquam rumor allatus eſt terræ filios conuenire: Oppido cauemus, ne ſobriam ſolitudinem noſtram ſolita Plebeia fuſcaret; ac primò Neapolim, de hinc breui interuallo Beneuentum me recepi; ibi ſummo cultu omnium, plauſuq; ſuſceptus*

b Ex Biblioth. Beneu. in Cod. m. 5. diuerſarũ annotationum pag. vlt.

tanto honore celebrabar, vt iam grauarer officijs, ſedulitas enim, quæ non compenſatur, onerosa eſt. Et Vrbs cùm maxima ſit, ſinguli eius Optimates viſi ſunt mihi Vrbe maiores, amantes litterarum, morũq; mirabiles, Deum magna pars veneratur, priuatam pecuniam pro Ciuitatis ornatu fatigant. Nam poſtquam terra mouit, nihil benè illis reliquit, ſed fractæ opes; infractos animos repererunt. Nox diei iungitur ad laborem. Vnde nobis sũma cura fuit abire, Ocyuſq; volebam, ne vt mihi diu dedidit ab opere deſiderarẽt. Itaq; Baiarum ſinum rurſus acceſſi, &c. Hæc ille.

S. AEMILIVS Epiſcopus XX. Quem Metaphraſtes in vita Ioan. Chryſoſtomi ait vnum fuiſſe ex ijs, qui litteras Innocentij Papæ I. Honorij Imperatoris, & Epiſcoporum Italiæ ad Arcadium Imperatorem Conſtantinop. dederunt, nec non duxiſſe ſecũ Diaconum ſuum Paulum magnæ ſanctitatis virum, cui apparens Paulus Apoſtolus dixit, *Videte vt cautè ambuletis, dies enim mali ſunt,* quod fuit de anno Dom. circiter 404.

De eodem Aemilio meminerunt Palladius, & Theodorus in dialogo de vita Ioan. Chryſoſtomi, & Baronius ad ann. 405. Et quidem Theodorus in iam dicto dialogo tradidit Aemilium fuiſſe Legatũ Innocentij Papæ I. & Romani Concilij ad Conſtãtinopolitanos in cauſa Chryſoſtomi. Eius ſocij fuere Cythegius, & Gaudentius Epiſcopi, vnà cùm Valentiano, & Bonifacio Presbiteris. Porrò Aemilium Theodorus vocat Sanctum Virum, & Diuus Paulinus Nolæ Epiſcopus in Epithalamio Iuliani, & Iæ eiuſdem ſanctitate ſic canit. carm. 214.

Hic

Digitized by Google

Hic vir, hic eſt Domini numeroſo munere Chriſti
Diues, vir ſuperi muneris Aemilius.

Ex eodem Epithalamio facilè colligitur Aemilium Beneuenti Epiſcopum fuiſſe fratrem Memorij Capuani Epiſcopi, de quo Auguſtinus epiſt. 131. Iulianum autem Memorij filiũ non Capuæ, neq; Atellæ, ſed Cælenæ Epiſcopum probat ex Bedæ commẽtario in cantica Roſvveydus Notis ad Baulinum.

S. IOANNES Epiſcopus XXI. cuius corporis inuentionem memorat Falconius in ſuo Chronico Beneuentano ann. Domini 1119. his verbis, *Idem Antiſtes, ideſt, Landulfus die 15. menſis Maij cùm Epiſcopis Frequentino, & Montis Marani Corpora Sanctorum collocauit, inter quos corpus Beati Ioannis XXI. Epiſc. Beneuentani, qui ſicut titulus præmõſtrabat, triginta & tres annos in Epiſcopatu aduixit.* Hæc Falc. Extabat etiam antiquitùs legẽda geſtorũ eius, quæ ad hæc vſque tempora viſa eſt, nouiſſimè inter hominum manus deperdita eſt. Eius Reliquiæ vel certè bellorum iniuria deletæ ſunt; vel inter illas dicendum reperiri, quæ in noua Cathedrali ſub incertis nominibus conſeruantur, & floruiſſe arbitramur circa Ann. Dom. 430.

DORVS II. Epiſcop. XXII. ad quem extat epiſtola 5. S. Leonis Papæ I. ad Ann Dom. 450. circiter, de quo meminit Baronius in ſuis Annalibus ſub Ann. Dom. 448.

S. THAMMARVS Epiſcopus XXIII. vnus ex ijs, quos Martyrologium Romanum ſub prima die Septembris ſocios Sancti Priſci recẽſet, qui in perſecutione Vuandalorum ob Fidem Catholicam va-

riè afflićti,& vetuſtæ naui impoſiti ex Africa in Cãpaniæ lićtora peruenerunt Ann. Dom.440.circiter, *a* & Chriſtianam Religionem in ijs locis diſperſi, diuerſiſq; Eccleſijs præfećti mirificè propagarunt. Hic cùm propè Beneuentum ſolitariam ageret vitam, fama ſanćtitatis erumpente,fuit ad Epiſcopatũ euećtus,et ita Beneuentanam Eccleſiã piè, ſanćtèq; rexit, vt inter Sanćtos defunćtus deferri meruerit, extâbat antiquitus Baſilicam in eius honorem erećtam extra Ciuitatem prope flumen Thamari,à qua poſtea flumen nomen accepiſſe fertur temporum longitudine conſumpta. Floruit Ann.Dom.465.cuius Feſtum die 15. Ońtob. agitur Beneuenti, *b* Vbi eius Reliquiæ ſeruantur in Cathedrali ſub Altare maiore,vt ibi marmori ſculptum docet.

a *Ex Michaele Monaco Capuanæ Eccleſiæ Canonico in Sãćtuario Capuano ſub Sanćto Priſco Epiſcopo, & Conf. pag.15.& 70.*

b *Ex Biblioth. Beneu.in Martyrologio antiq. m.ſ. ſignato n.* 178.

S. SOPHIVS Epiſcopus XXIV. Martyr filius Guiglieſci Regis Valiæ Septentrionalis in Britania, Monachus, & poſtmodum Abbas eiuſdem Monaſterij, quod proprijs expenſis fundauerat; Ter Hieroſolymam, ſepties Romam religioſè peregrinatus, demùm ob eius ſanćtitatem Epiſcopus Beneuentanus creatus, mira ſanćtitate effulſit, ac Eccleſiam Beneuent.ſuo ſanguine martyrio coronatus decorauit, vbi ob Catholicam fidem lanceis confoſſus ab Arrianis, dum ſacra Myſteria perargeret, ad Altare mаćtatus hoſtia Chriſti effećtus eſt die 24. Ianuarij Ann.ab orbe redempto490. Odoacro Rege Arriano Italiam tunc tenente, & Arćtmo magnæ Britaniæ Rege, vt ex ipſius geſtis, quæ ad hæc vſque tempora ſeruãtur in Archiuio Monaſterij *S.Sophię*, & habetur ex Martyrologio manu ſcript. exiſtente

Digitized by Google

in Collegio Anglicano de Vrbe.

Hac eadem prædicta die Martyrij corona fuiſſe decoratum, fertur, Benignum Archidiaconum Beneuentanum, cuius cineres in Eccleſia Sanctæ Sophiæ conduntur, vt ex Archiuio eiuſdem Eccleſiæ in m.ſ. Cod. litteris Longobardicis, vbi regiſtrata extant nomina Sanctorum, quorum Corpora, & Reliquię in ipſa Eccleſia ſeruantur, qui nil aliud docet, niſi quòd Martyr Beneuēti occubuit ob Fidei Catholicæ defenſionem.

EPIPHANIVS Epiſcopus XXV. cuius meminit Text. in cap. Frater, & Coepiſcopus noſter 17.q.4. Gelaſio Papa I. Anno Dom. 494.

FELIX Epiſcopus XXVI. quo verò anno floruit, haud ſcire potui, cùm acta Epiſcoporum Eccleſiæ Beneuentanę vt plurimum exciderint ex Vrbis prędictæ vaſtationibus, per ea tamē quæ ex annotationibus in antiquiſſimo Cod. m.ſ. literis Longobardicis in Bibliotheca Beneuētana habentur fol. 8. huic Anno 520. conuenire mihi viſum eſt.

Anno Dom. 526. fuit ad Pontificatum aſſumptus Felix Papa III. dictus IV. Beneuentanus, *a* qui multa decreuit pro Dei Eccleſiæ vtilitate, & loca ſancta, extruxit Patriarcham Conſtantinop. Petrum Anthymum declinantem à fide excommunicauit, & Epiſtolam doctiſſimam ad eundem ſcripſit, quæ citatur in ſumma Conciliorum ſuper 5. Synodo.

a Ex Panuin. relato per Ferrarium in Cathalog. Sāctorū Italiæ ſub 25. Februarij. Compend. tip. & Hiſt. Eccleſ. pag. 110. c. 43. de Sum. Pont.

S. MARCIANVS Epiſcopus XXVII. circa Annum Domini 533. quem conuenit S. Placitus iturus in Siciliam, vt ſcribit Gordianus in vita S. Placiti tom. 5. Surij pag. 648. Qui vitæ ſanctitate ita floruit,

vt

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

vt inter Sanctos referri meruit, cuius natalem celebrat Eccleſia Beneuentana die 14. Iulij, *a* Temploque ei excitato extra Ciuitatem, ex quo tota illa Regio denominatur.

a Ex Biblioth. Beneu. in Martyrolog. antiquo m. ſ. ſig. n. 178.

Ann. Dom. 535. Agapito Pap. I. dum Theodoratus ab Amalaſumta Alaraci Regis Gothorum, defuncto filio, aſsumptus fuit ad conſortium Regis, & is ingratus eam præſcripſit, & necari permiſit. Hinc Iuſtinianus Imperator commotus dum ſenſit ob id penè ad ſeditionem Gothos perturbatos, ea opportunitate animum conuertit ad liberandam Italiam ex ditione Gothorum; Beliſarium cum ingenti copia in Italiam miſit Ann. ſalutis 537. Qui ſtatim totam ferè Italiam partim obſidione, partim voluntariè in ditionem recepit; & inter Ciuitates, quæ ſpontè ei ſe dederant fuit Beneuentum, narrat Procopius in lib. 1. de bello Goth. vbi multa de ipſius Ciuitatis nominatione aſſerit.

S. ZENON, vel vt alij ſcribunt ZOSIMVS Epiſcopus XXVIII. Quo tempore Beneuentanam Eccleſiam adminiſtrabat, pro certo non habetur, quod mirum non eſt ob crebras vaſtationes, quas ſæpius Vrbs Beneuent. paſſa eſt, coniecturis tamen conuenire videtur Ann. Dom. 543. & ita piè, ſanctèq; vixit, vt inter Sanctos connumerari meruerit, eiuſq; feſtum celebrat Eccleſia Beneuentana die 17. Octobris, *b* habetq; Beneuenti Templum ei excitatum, olim Parochiale, *c* Hoc eodem ann. Totila Gothorum Rex Beneuentum vi cepit, & muros diruit. *d* Quæ platina recenſet ſub Pelagio Pap. I. in ann. 556. & quoniam Totila Ciuitates multas Ita-

b Ex Biblioth. Beneu. in m. ſ. Martyrol. antiquiſſ. ſign. n. 178.
c Ex ead. Bibliot. in regiſtr. Eccleſ.
d Procop. lib. 3. de bello Goth. pag. 150. Baron eod. an.

liæ,

liæ, nec non & Romam occupauerat; Iuſtinianus Imperator Conſtatinop. Narſetem Eunuchum cum exercitu in Italiam miſit, qui Rauennam peruenit incolumis, ac tandem Rubiconem fluuium ab hoſtibus cuſtoditum, occiſo Gothorum Duce, tranſiens in Tuſciam, occurentem cùm ingenti exercitu Totilam, collatis ſignis, profligat, & occidit, ac cum alijs nobiliſſimis Ciuitatibus, Roma breui tempore potitus eſt, & Theiam Gothorum fortiſſimum electum Regem, & res Gothorum reparare ſatagentem, occidit, & ſic Italiam totam à Gothis liberauit, & in pacem redegit. *e*

Iuſtiniano mortuo, & aſſumpto ad Imperium Iuſtino Ioanne Papa III. Ann. Dom. 563. B. Arthellais Lucij Proconſulis, & Arthuſæ filia Conſtantinopoli Beneuentum ad Narſetem Patruũ ſe contulit, fuit ipſa in magna ſanctitatis opinione, vixit ann. 16. menſes 3. & dies 8. & obdormiuit in Domino in Eccleſia S. Lucæ propè portam Rufinam ſita, ibiq; accepto Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, vbi, & ſepulta fuit, cuius vitæ, & mortis ſanctitatem, multa, quæ conſecuta ſunt miracula; comprobarunt, ex cuius corporis depoſitione tranſiuit dicta Eccleſia in cultum, & nomen Virginis, eiuſq; feſtum die 3. Martij Beneuenti colitur. *f*

Cineres Epiſcopi noſtri Zoſimi in Eccleſia Sanctæ Sophiæ aſſeruantur, ex Archiuio eiuſdem Eccleſiæ in man. ſcript. Codice Longobardicis vbi regiſtrata extant nomina Sanctorum, quorum corpora, & Reliquiæ in ipſa Eccleſia aſſeruantur.

FELIX Secundus Epiſcop. XXIX. ex Biblioth. Bene-

e *Plati. in vita Pelagij Pap. Baron. in ann.* 553.

f *Ex ead. Bibl. in m. ſ. Codice de geſt. Sanct. Par. 1. pag. 88. Ex Martyrol. m. ſ. antiq. ibid. exiſtente ſign. nu.* 178.

Digitized by Google

Beneuentana in manu ſcript. Codice diuerſorum negotiorum litteris Longobardicis ſcripto fol. 12. vbi annus ſui Præſulatus deſideratur, ideò quaſi diuinando, ſub hoc anno Domini 585. collocauimus; Quo anno circiter Pelagius Papa ad preces Gregorij S. R.E. Diaconi Cardinalis exemit Eccleſiam Sanctæ Mariæ ad Oliuolam exiſtentem extra Ciuitatem Beneuentanam; & propè mœnia ipſius, à Monialium Monaſterij S. Nazarij Martyris ſubiectione, & vt de cætero Moniales in ipſo Monaſterio non recipiantur, & deficientibus ijs, quæ extabant, Monaſterium ipſum in virorum tranſiret Religionē, ſubditumq; perpetuo eſſet prænominatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. Cauſa exemptionis, & ſuppreſſionis fuit. Quòd cùm Gregorius à Pelagio Conſtantinopolim ad Tiberium Imperatorem miſſus, tranſiens Beneuento, fuit hoſpitio receptus à Fratribus Sanctæ Mariæ ad Oliuolam, qui cùm Fratribus Eccleſiam eſſet ingreſſus Deo laudem officia celebraturus; Ecce repentè Moniales Sancti Nazarij adueniunt, Monachi choro diſiluuntur illæ conſcendunt, & vt ſeſe mutuò venerātes, Sorores honorant; Quod intuens Gregorius, nimiumq; admiratus, attonituſque aliquantulum contiguit, deindè interrogans, quid ſibi velint iſtæ? fuit ei reſponſum, Eccleſiam Sanctæ Mariæ ſuffraganeam eſſe Monaſterij Sancti Nazarij, & ideò tanquam ad Eccleſiam ſibi ſubiectam aduenìſſe, quod ſibi multum diſplicuit, cùm Eccleſiam S. Mariæ præeſſe, & non ſubeſſe indecenti Monialium prçceptioni decere, dixit. Et ideò vir ſanctus non immemor, quç ſibi Beneuenti diſplicuerant,

Digitized by Google

rant, corrigendaque eſſent, Pelagio Pontifici præpoſuit, vt & factum eſt. *a*

Qua tempeſtate, ſcilicet ann. 589. iuxta Sigoniũ, fuit Beneuẽtum cum tota Prouincia Samnij ab Autharit Longobardorum Rege vi occupatum, *b* Qui cùm omnes Prouincias, citra Romam, vſq; ad fretũ Siculum poſitas, in Ducatus formam redegiſſet, Beneuentum totius Ducatus caput eſſe decreuit, & Zotonem Ducem præfecit. *c* Quo Duce Caſinenſe Monaſterium fuit à Longobardis deſtructum eodẽ anno 589. *d*

Mortuo Zotone Beneuentanorum Duce, Arechis, ſiuè Arigis in loco ipſius à Rege Agiſulfo miſſus, ſucceſſit, narrat Paul. Diaconus in lib. 4. de geſtis Longobardorum cap. 19.

LINIANVS II. Epiſcopus XXX. qui interfuit ſolemni tranſlatione Corporis Beatiſſimi Leuitæ Modeſti Martyris ex Vrbe, Beneuentum die 3. Iulij ann. 591. ex conceſſione Gregorij magni Summi Pontificis ad preces Pijſſimi Arechi Beneuenti Ducis II. & Fratrum Monaſterij Sanctæ Marię ad Oliuolam, quòd ab Epiſcopo cum Clero, à Duce cum ſua militia, vniuerſoq; Populo cum cereis, lampadibus, hymnis, & laudibus, omniq; gloriæ apparatu receptum, & in præfata Eccleſia honorificè collocatum, ibiq; ſepultum donec digna Baſilica in ipſius honorẽ dicata fuerit; quæ acta ad hæc vſq; tempora ſeruantur in Monaſterio S. Modeſti in Codice m. ſ. litteris Longobardicis.

DAVID Epiſcopus XXXI. Eccleſiam S. Mariæ, quæ hodie Metropolitana eſt, ſolemni ritu conſe-

D cra-

a *Ex Archiuio Monaſt. S. Modeſti in m. ſ. C. de trãslat. corporis S. Modeſti M. ex Vrbe Beneuent.*

b *Paul. Diac. lib. 3. cap. 33. de geſt. Longobar.*

c *Paul. ibid. c. 34.*

d *Leo Hoſt. lib. 1. c. 4. in annotat. Paul. ibid. lib. 4. c. 18. Sigon. de Regn. Ital. ann. 589.*

crauit, & dicauit (quod prius nonniſi benedicta fuerat) de cuius rei miniſterio ſermonem ad Populum habuit, qui adhuc in Eccleſiæ Beneuentanę Codicibus legitur, quod fuit actum anno Dom. 600. Gregorio Magno Summo Pontifice, & Arecho Duce II. Beneuenti regnante. Dies autem dedicationis fuit 15. Menſis Decemb. quæ annua celebritate colitur. *a*

Anno Domini 602. ſunt litteræ Pontificis Gregorij ad Arechum Ducem, per quas petijt, vt in locis ſuæ ditionis ligna concidere Sabino Subdiacono concederet ad S. Petri, & S. Pauli Templi reſtaurationem. *b*

ILDEBRANDVS Epiſcopus XXXII. florebat ann. Dom. 622. *c*

Ann. 643. Arechus Dux, qui Ducatum Beneuentanum quinquaginta tenuerat annis, obdormiuit in Domino, & Ayonus eius filius ei ſucceſſit, & Dux III. extitit, *d* qui dum contra Sclauos ex Dalmatia egreſſos Sipontum obſidentes, fortiter agere conatur, fuit extinctus ann. 644. cum anno, & menſibus quinque Beneuentanorum Ducatum rexiſſet, & Rodoaldus poſt eũ regnauit, & Dux IV. fuit, *e* & Ayonis mortem vindicauit, Sclauoſq; ex obſidione fugauit, Ducatumq; in pacem reduxit. *f* Qua tempeſtate Rodoaldus Dux cum toto ſuo exercitu Surrentum irruit, & vndiq; obſedit, adeo vt Agabitus Surrenti Epiſcopus ſuos Ciues ſpe ſalutis deſtitutos vltro ſe tradituros eſſe Rodoaldo cognoſcens, ita apud illos ad fortiter bellandum adhortatione, & apud Deum aſſiduis ieiunijs, precibus noctu, diuq;

præ-

a *Ex Bibl. Ben. in m. ſ. Cod. literis Longobar. de geſtis Sanct. par. 1. in fin.*

b *Paul. Diac. de geſtis Longobard. lib. 4. c. 20.*
Sigon de Regno Ital. anno 602.
Admirat. in Vita Arechi lit. C.

c *Ex Biblioth. Beneu. in faſc. 5 ſcript. antiq. nu. 15.*

d *Paul. Diac. lib. 4. cap. 46. de geſt. Longob.*

e *Paul. ibid. in c. 46. & 47.*

f *Admirat. in vita Rodualdi lit. A.*
Sigon. de Regn. Ital. in anno 648. & 649.

Digitized by Google

præualuit, vt nõ ſine claris miraculorum ſignis, meritis præcipuorum Epiſcoporum Renati, & Valerij fretus, Ciuibus ſalutem, Vrbiq; libertatem impetrarit. Nam Rodoaldi aurum, argentumq; Sanctorum illorum ſepulchris extra Vrbem ſitis ſuppliciter offerentis, vouentiſq; maiora, ſi Vrbe potiretur; mane expertectus Exercitus foris extra Templum proiecta omnia reperiere; Vnde quidam ex Militibus vaſtandi animo Templum ingreſſi, illicò à demone abrepti, eouſque vexati ſunt, donec ante Sanctorum tumulum miſerè expirarint: His Dux, & Exercitus commoti, obſidione ſoluta, Dei, Sanctorumq; experti pro ea Vrbe tutelam, ſtatim ſeſe Beneuentum receperunt. g

Ann. Domini 648. circiter Rodualdus Dux, qui Ducatum quinque rexerat annis, naturæ debitum ſoluens, ſucceſſorem habuit Grimoaldum ſuum fratrem germanum Ducem V. h

Ann. Domini 649. Honorio Pap. I. Duda Parda nobiliſſima mulier Beneuent. Eccleſiam Sanctę Mariæ ad Oliuolam ampliauit, & ipſi contiguę fundauit Eccleſiam in honorem Beatiſſimi Martyris, & Leuitæ Modeſti, vbi Epiſcopus noſter cum Coepiſcopis, Clero, & Viris Religioſis, magnaq; confluente Populi caterua cum hymnis, & laudibus, cereis lampadibusq; quàm perhonorificè ſacrum corpus tumulauit ſubter Altare ſuo nomini ſpecialiter dicatum die 2. Octobris, (quæ annua celebritate colitur) Grimualdo Duce V. Beneuenti regnante, à quo opibus, & poſſeſſionibus copioſis dotatum, & Abbatem ipſius Monaſterij, & Eccleſiæ præfecit Ben-

g Ex geſtis Sctorũ Renati, & Valerij, quæ Surrenti ſeruantur.

h Paul. Diac. in lib. 4. c. 47. de geſt. Goth. Sigon. de Reg. Ital. in an. 651

tegradum Patruum ſuum, & Auunculum Rodoaldi Ducis, quæ acta ad hæc vſque tempora in eodem Monaſterio in Codice m. ſ. litteris Longobardicis ſeruantur.

Grimoaldus Dux cùm gubernaſſet Ducatum Samnitum annos quindecim circiter, *i* fuit deinde Rex Longobardorum creatus, & Romualdus eius filius Beneuenti regnauit, & fuit Dux VI. ann. Domini *663*. *K*

i Paul. Diac. ibid.

S. BARBATVS Epiſcopus XXXIII. floruit tẽpore Romualdi Ducis Beneuentani VI. *l* Priſcum gentilitatis ritum denuò Beneuenti pullulantem extirpauit ea occaſione. Dum Conſtantius, Conſtantius dictus, Imperator Conſtãtinopolitanus ann. Domini *663*. Apulia penè vniuerſa depopulata, Luceriaq; ſolo ęquata, Beneuentum omnibus ſuis copijs obſideret, Sanctiſſimus Pater Barbatus (non adhuc Epiſcopus) lacrymis Ciuium, miſerrimo Patriæ aſpectu, Romualdi Ducis tunc Beneuenti Regnantis precibus, ac dolore commotus, Idolorum cultum, ſceleraq; omnia clam, palamq; concionando deteſtans, libertatem Duci, Vrbi, omnibuſq; promiſit, ſi relicta vitæ prauitate ad Deum toto animo redirent; ij ferro, ac flammæ hoſtium deuoti ſanctimoniam maximo cordis effectu Sancto viro polliciti ſunt. Hoc inito pacto, Deum Sanctus Barbatus ita aſſidua oratione exorauit; vt Romualdo cum omnibus Ciuibus ad mœnia ducto Sanctiſſimam Dei Matrem pro Beneuento contra hoſtes pugnantem claro aſpectu, apertiſq; oculis demonſtrarit. Qua viſione Romualdus, ac Beneuentani prius animo

k Paul. ibid. c. 53. Baron. eod. an. 663. lit. C. Admirat. in vita ipſorũ Duc. lit. C. & E.

l Baron. in an. 663. lit. C.

pro-

proſtrati,ea fortitudine, ac magnanimitate ſunt muniti, vt breui obſidione ſublata hoſtes profligarint, ſuoſq; ad Patriam in antiqua libertate, ac pace collocarint ope diuina potius,quàm humana.*l* Præmiſerat enim Romualdus ad Grimoaldum Regem Patrem ſpe auxilij Nutricium ſuum Seſualdum, ſiuè Gieſualdum non minus magnanimitate, ac prudentia,quàm pietate clariſſimum, qui à Græcis hoſtibus in redditu captus,propè mœnia ductus exclamans ait, Eia age Dux Romualde eſto animo forti, ac virili,Exercitus paternus poſtero aderit die, ita hoſti illudens, vita contempta, quibus promiſerat ſub libertatis conditione coactus,contrarium dicturus,fidelitatis in Ducem,charitatis in Patriam,amoris in Ciues ſuos memor, veritatem cum ſuæ vitæ periculo propalauit,vxore tantùm,filijſq;Duci commendauit; vnde hoſtes odio, ac furore perciti obtruncauerunt,caputq; fidi, fortiſq; Ciuis intra Vrbis mœnia baliſta quadam immiſerũt, quod acceptum Dux lacrymans oſculatus eſt; dignoq; loco tumulari præcepit. *m* Ac ſubitò Imperator ſoluta Beneuenti obſidione Neapolim ſe recepit, nonnullis ad calorem amnem à Comite Capuano detrimentis affectus.*n* Quo etiam in loco eodem tempore à Vitula Regis Grimoaldi ſtrenuiſſimo Duce maxima Militum multitudo eiuſdem Imperatoris trucidata extitit. *o* Quo miraculo commotus Populus Sanctũ Barbatum Epiſcopum acclamarunt, Idololatriam omnino abnegantes. Qui Sanctiſſimus Pater, ſuſcepto onere ſibi impoſito,omnemq; Eccleſiæ redditũ in quatuor partes diuidendum ſanxit,primam egentibus,

l *Baron. in an. 663.lit.3. Ex Bibl. Bene. de geſtis Sancto.p.2.pag.52.*

m *Paul. Diac. lib.5.cap.7. & 8.de geſt. Longobard. Ex prædictis geſtis Sanctorũ ibid.*

n *Paul. Diac. ibid.c.9. Sigon de Regn. Ital.in an.667. Admirat.in vita Romualdi.*

o *Ex Ludouic. Dolce in vita eiuſdē Imper. pag.568.*

tibus, ſecunda ijs, qui Deo ſedulas in Eccleſijs exhibent laudes, tertiam Eccleſiarum reſtaurationi diſtribui; quarta proprijs Epiſcopi vtilitatibus reſeruandam. *p*

Inter Idola à Sancto Barbato conciſa illud erat inſigne Vipera, *q* Necnon biceps, & alata. *r*

Hac eadem tempeſtate Saburrus vnus ex Conſtantis Imperatoris Optimatibus, ab eo vigintimilia Militum expetit, ſeq; cum *Romualdo* pugnaturum, victoremq; ſpopondit, qui cum accepto Exercitu ad locum, cui Forinus nomen eſt, aduenìſſet, ibiq; Caſtra poſuiſſet, *Romualdus* Dux ei occurrit, pugnâq; aggreſſus, in fugam eum conuertit, ſuoſq; trucidauit; Et ita Suburrus, qui ſe Imperatori ſuo victoriæ tropheum de Longobardis promiſerat patrare, ad eum cum paucis remeans ignominiam reportauit, Romoaldus verò patrata de inimicis victoria, Beneuentum triumphans reuerſus eſt, Patriq; gaudium, & cunctis ſecuritatem ſublato hoſtium timore connexuit, & cum magno tripudio, ingentiq; Populi lætitia per portam caloris ingreſſus, ob quod per multos annos porta glorioſa fuit ipſa denominata. *s*

Anno Domini 667. Alzeus Dux Bulgarorum cũ popularibus ſuis pacato in Italiam agmine venit, agrumq; à Grimoaldo ſibi, & ſuis ad incolendum poſtulauit; eius petitioni Grimoaldus obſequutus in Ducatum Beneuentanum eos tranſmiſit, atque Oppida Sepianum, Bouianum, & Iſerniam, tùm deſerta, à filio Romualdo Duci iuſſit concedi, eorumq; Caſtaldium, ſiuè Comitem appellari præcepit. *t*

Ann. 668. ſunt litteræ Vitaliani Pap. eidem Sancto

p Ex Bibliotb. Beneu. de geſt. Sanct. in m. ſ. Cod. in p. 1. pag. 81. de geſtis S. Barbati.

q Ex geſtis ſuprad.

r Ex F. Io. Baptiſta de Caſerta Ord. Prædic. Mag. de orat. Sanctiſs. Roſarij.

s Paul. Diac. lib. 5. c. 10. de geſt. Longob.

t Paul. Diac. ibid. lib. 1. c. 29. Sigon. de Regn. Ital. an. 667.

ℭto Antiſtiti noſtro huius tenoris.

VITALIANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Reuerendiſs. D. Barbato cariſſimo Beneuentanæ Eccleſiæ Epiſcopo, & in eadem venerabili Epiſcopio in perpetuum.

Cùm ſicut Apoſtolicæ dignitatis apertè in hoc diuini perfectus nitore dignoſcatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus, ſeù impenſius ſtudeat laboris exhibere certamen ob hoc debita nos eiuſdem Apoſtolicæ paſtoralis conpulit ſollicitudinis cura, quæq; ad ſtabilitatem piorum locorum promulgari, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura onfirmari igitur, quia poſtulaſti à nobis quatenus Reuerendiſſima Beneuentanenſis Eccleſia, Deo fauente, preces priuilegijs Reuerendiſſimę Sedis Apoſtolicæ decoraretur, idcircò pijs tuis deſiderijs fauentes, ac noſtra authoritate id quod expoſcitur effectus mancipamus concedentes tibi, tuæque præfatæ Reuerendiſſimæ Beneuentanenſi Eccleſiæ, ideſt Bibinum, Aſculum, Larinum, & Eccleſiam S. Michaelis Arcangeli in Gargano, pariterq; Sipontinam Eccleſiã, quæ in magna inopia, & paupertate eſſe videtur, & abſque cultoribus, & Eccleſiaſticis officijs nunc cernitur eſſe deprauata, cum omnibus quidem eorum pertinentijs, & omnibus prædijs, cum Eccleſijs familijs vtriuſq; ſexus, & maſſis, totaq; loca ditioni antiqua poſſeſſa tuæ ſantimoniæ, ſucceſſoribusque tuis concedimus hæc omnia dominanda, & poſſidenda, atque canonicè diſponenda, cum omnibus ſuis vbiq; pertinẽtijs ſiuè ſint in præfatis Ciuitatibus, ſiuè in quibuſcunque Caſtris conſiſtentia, ſiquidem inſuper Apoſtolica cenſura ſub diuini iudicij obteſtatibus, & validis, atq;

a *Ex Biblioth. Bene. in faſcic. Priuilegiorum nu.* 1.

atre-

atrocioribus anathematis interdictionibus, vt nullus nunquam ſucceſſorum veſtrorum, vel alicuius dignitatis poteſtate præditus Reuerendiſſimæ Beneuentanæ Eccleſiæ aliquam vim facere, vel in cunctis iam ſupradictis Eccltſiis, vel de ÿs, quæ eis pertinere videntur quoquo modo auſerre, aut alienare, vel eius minuere terminos, & nec quamlibet malitiam, aut iacturæ moleſtiam in eaſdem inferre quocunque tempore, nec licentia ſit, vt dictum eſt ex earum pertinentÿs antiquam, magnæ paruæq; perſonæ auferre, ſed omnia ſuperius taxata ſub poteſtate, & diſpoſitione Beneuentani Epiſcopatus perpetuò conſiſtant, vt profecto iuxta id, quod à nobis ſtatutum eſt, eadem venerabilis Reuerendiſſima Beneuentanenſis Eccleſia Apoſtolicis cõſtitutionibus atq; priuilegÿs conſiſtens ornata in concuſſu dotata permaneat, ſi quis autem (quod non optatur) nefario auſu præſumpſerit, hæc, quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate iam dictæ Eccleſiæ Beneuentanæ ſtatuta ſunt refragare, aut in quoquam trãſgredi, ſciat anathematis vinculo innodatum eſſe, & cum Iuda Domini traditore, & cum omnibus impÿs æterni incendÿ ſupplicio condemnatum, at non qui pio intuitu obſeruator, & in omnibus extiterit cuſtodiens huius noſtri Apoſtolici conſtituti ad cultum Dei reſpiciens benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur. Scriptum per manum Adriani Strimarÿ Reuerendiſſimæ Romanæ Eccleſiæ in Menſe Februario inditione vndecima benè valete. Datum Terno Kalendas Febr. per manum Anaſtasÿ Primicerÿ defenſorum Rruerendiſſimæ Sedis

dis Apoſtolicæ anno Deo propitio Pontificatus Domini Vitaliani Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli primo indictione vndecima.

Ex quibus litteris apparet, quòd & ſi Beatiſſimus Barbatus Archiepiſcopi nominis non deſcribitur honore inſignitus, tamen quo ad effectum, & iuriſdictionē fuit Archiepiſcopali authoritate decoratus, idemq; ius ſucceſſoribus tributum, nedum in prædictis Cathedralibus, verùm etiam, & in alijs, vt infra ſuis locis habetur.

Anno 680. Sanctiſſimus Epiſcopus Barbatus interfuit Synodo ſub Agatone Papa celebrata. *x*

x Baron. eodem ann. lit. E.

Anno 682. Leone Papa II. Romualdus Dux inſtructo valido Exercitu Apuliam inuadit, eamq; ſuo ſubiugauit Imperio, quæ prius Conſtantinopolitano Imperatori parebat, de quorum ſpolijs Theodata, ſeù Theodorada Ducis Romualdi vxor fūdauit extra mœnia Ciuitatis Beneuenti Eccleſiam in honorem S. Petri Apoſtoli cognomento maioris, vbi adiunxit Monaſterium Monialium magnę deuotionis, *y* cuius veſtigia ad hæc vſque tempora videntur ad radices Montis S. Felicis.

y Paul. Diac. de geſt. Longobar. lib. 6. c. 1. Plat. in vita Leon. Pap. I. Admirat. in vita Romualdi.

Eodem Anno natus eſt Beneuenti S. Euaſius ex nobilibus, pijſq; Parentibus, qui cum Religione ſanctitatem coniungens ad Epiſcopalem dignitatem Aſtenſis Vrbis euectus, cōtra Arrianos ita annis 28. pugnauit, vt & victoriam, & Martyrium ab impio Attubali eorum Duce obtinuerit prima die Decēbris Ann. Dom. 741. ſedulæ ſepultus, vbi & paſſus eſt, miraculis clarus. *z*

z Marius Mutius lib. de Reliq. Sanctorū. Parguriſ. pag. 80. Ex Hiſt. Caſalen. & vita S. Euaſij Tridini excuſſa An. 1586.

Tandem Sanctiſſimus Epiſcopus Barbatus cùm ſediſſet annos decem & octo, menſes vndecim obdormiuit in Domino miraculis illuſtris Leone Pap. II. & Grimoaldo II. Duce VII. Ann. prædicto 682. die 9. Februarij, *a* quæ dies à Beneuentanis maxima veneratione colitur, & inter Protectores ipſum adſcripſerunt. Eius Corpus partim adhuc Beneuenti ſub Altare maiori Cathedralis, partim in Eccleſia Montis Virginis poſt multum temporis bellorum occaſione translatum cum nonnullis alijs Sanctorũ corporibus, & Reliquijs, vt in Codicibus ipſius Eccleſiæ habetur.

a *Ex Biblioth. Beneu. in m. ſ. Cod. de geſt. Sãcto. p. 1. pag. 81.*

Ex prædicta conceſſione Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano per Vitalianum Papam Sancto Barbato Epiſcopo, ſuæq; Beneuentanenſi Eccleſię factæ, vt ſupra diximus, ita Sancti Michaelis Archangeli deuotio Beneuẽti creuit, vt Populus Beneuentanus magno animi affectu in Patronum elegerunt. Alij in Patronum multò antea electum volunt, ea occaſione, cùm octauo idus Maij, quo B. Michaelis Archangeli ſolemnia celebrantur, eo die à Beneuentanorum Populis Neapolitanos in prælio cæſos, deuictoſq; fuiſſe, & ob memoriam tàm inſignis victoriæ in Patronum ſibi adſcripſerũt, quam Victoriam recenſet Heremper. in ſuo Chron. m. ſ. pag. 156. vbi annus deſideratur. *b* Verum enim uerò, quicquid ſit de modo ſemper rei veritas conſtat ab antiquiſſimo tempore à Beneuentanis Patronum venerari, coliq; quod facilè vtrumque conijci poteſt ex monetis, quæ Principum tempore Beneuenti cudebantur, in quibus effigies, & nomen ipſius Sancti

b *Quòd diffuſius tractat Petrus de Natali bus Epiſ. Equilinus in catal. Sanctorum, & geſtorum lib. 4. c. 140.*

Sancti Patroni ex parte vna, & effigies, & nomen Principis regnantis ex parte altera, quæ ad hæc vſq; tempora videntur, ingentiq; deuotione Patronum venerantur, Templis dicatis.

ARDERICVS Epiſc. XXXIV. *a* Ann. Dom. 700. circiter Giſulfo Duce VIII. Beneu. regnante. Paldo, Taſo, & Tato Beneuentani Equites cùm eſſent valde diuites, & potentes, non minus ac Deo deuoti, & Pij ſuis ſumptibus à fundamentis erexerunt Monaſterium *S. Vincentij* Martyris iuxta ortum Vulturni fluminis, quod ita virtutibus, & ſanctitate floruit, vt exemplo, & doctrina omnes inſtrueret. *b*

Anno *Dom.* 707. mortuo Giſulfo Beneuentanorum *Duce*, *Samnitum* ordo Romualdum eius filium hoc nomine II. ad regendum ſe, ſublimauit, & *Dux* nonus extitit. *c*

Anno 716. circiter Romualdus *Dux*, vt ſui dominij fines propagaret, Cumanum Caſtrum agreſſus, eoq; potitus eſt, ſed à *Duce* Neapolitano, nocte ſuperueniente, quidam ex Longobardis capti, quidam perempti ſunt, Caſtrum quoque ipſum à Romanis eſt receptum, pro cuius Caſtri redemptione Pontifex Gregorius II. ſeptuaginta libras auri, ſicut primitus promiſerat, dedit. *d*

Anno 720. Præfati tres fratres Beneuẽtani Equites ſuis facultatibus multum quoadiuuarunt Petronacem Monaſteriũ Caſinenſem à Longobardis iam funditùs exterminatum, reſtaurantes. *e* Deinde ijdẽ tres fratres Paldo, Tato, & Taſo vt Chriſto ſeruirẽt, ſpretis omnibus, Patria, ac Parentibus relictis, in ſolitudine vitam aſperrimam multis adiunctis ſibi ſocijs,

a *Ex Biblioth. Beneu. in faſc. 1. ſcript. antiquarum.*

b *Leo Hoſtienſ. in Chron. Caſ. lib. 1. c. 4.*

c *Paul. Diac. de geſt. Longobard. lib. 6. cap. 39.*

d *Paul. Diac. ibid. c. 40.*

e *Leo Hoſt. ibi.*

cijs,ducunt,& Tato eiuſdem Monaſterij Sancti Vincentij,quòd cùm fratribus fundauerat, Abbas efficitur, qui ſanctitate conſpicuus 3.idus Ianuarij Anno Sal. 729. obdormiuit in *D*omino, & inter Sanctos numerari dignus fuit. Et ſucceſſiuè Paldo,deinde Taſo eiuſdem Monaſterij Abbates extitere ſanctitate inſignes, primus obijt 5. idus Octobris, ſecundus 3. idus *D*ecembris Anno *D*omini 739. & inter Sanctos deferri meruerunt. *f*

Anno 733. obijt Romualdus, qui viginti & ſex *D*ucatum tenuerat annis,& Giſulphum puerum reliquit ex Aurona ſororis Luitprandi Regis filiæ ſuſceptum, quem propter imbecillem ætatem Luitprandus parum idoneum tantis rebus adminiſtrandis putaret, præfectura remouit, ac Gregorium aliũ Nepotem ſuum impoſuit Anno 734.& *D*ux X.fuit, quo mortuo fuit à Beneuentanis ſuffectus Godeſcalcus,qui *D*ux XI. fuit; At Luitprandus extincto Godeſcalco, Giſulphum nepotem, quem olìm propter ætatem remouerat,Anno 737. iterum impoſuit *D*ucem XII. *g*

Anno *D*omini 741. die 1. *D*ecemb. S. Euaſius Beneuent. Patricius, Epiſcopus Aſtenſ. Galliæ Ciſalpinæ fuit Martyrio coronatus non procul à ſedula (cui Ciuitas Caſalenſis ſucceſſit) ab Attubali Arianorum *D*uce,& ibi ſepultus, vbi miraculis coruſcat,& Caſalenſes Patronum ſibi adſcripſerunt. *h*

Eodem tempore floruit S.Natalis Beneuentanus Presbyter ſocius *S*ancti Euaſij,vt in vita eiuſdem S. Euaſij,& Hiſt.Caſalenſ.obijt ſedulæ,& ibi ſepultus, vbi miraculis corruſcat.

f Ex Monum. d. Monaſt. S. Vincẽtij ex lib. Autperti Abbatis de Abbatibus Monaſt. S.Vincent.Ferrarius de SS. Italiæ.

g Paul. Diac. ibid.lib.6.c.50. 55. & ſeq. Sigon.de Regn. Ital.in eod.an. Admira.in vit. Giſulph. et Luitprandi.

h *Marius Mutius de Reliq. Pargam. pag.* 80. *Hiſt.Caſalenſ. et vita S.Euaſ. Tridini excuſſa ann.Domini* 1568.

AM-

AMBROSIVS Epiſcopus XXXV. interfuit Cõcilio ſub Zaccaria Papa Ann. Domini 748. *a* Qua tempeſtate Giſulphus II. Dux Beneuent. XII. propter eximiam Monaſterij Caſinenſis ſanctitatem, ei dono dedit quicquid Caſinenſem Montem vallabat, vna cum Terris, Caſtris, Villis, Molendinis, aquiſq; Nec non de territorio Gentianæ conceſſionem liberaliter fecit. Et quia Scauniperga eius vxor in bonitate, & Religione par erat, Idolorum Templum in eodem Caſinenſi Monte ſitum, S. Petro Apoſtolorum Principi ſuis ſumptibus dicauit, imaginibus, veſtibus precioſis, alijſq; rebus diuino cultui neceſſarijs adornauit. *b*

Et ſic cùm Leone Hoſtienſe dicimus, quid ſi Zotonus Dux Beneuentanus Caſinenſem Monaſteriũ deſtruxit, Giſulphus etiam Dux Beneuentanus locupletauit, cuius religioſiſſimi Principis exemplo Beneuentani etiam diuitias multas eidem Monaſterio donarunt, vt memorat Hoſtienſ in ſuo Chronico ferè por totum.

Eodem tempore, quidam Sculdais Beneuentanus Saracenus nomine Templum in honorem Sancti Caſſiani Epiſcopi ſuis opibus erectum, & dotatũ in territorio Alifano, vbi Cingla dicitur, deinde Abbate Petronace hortante, in Monialium Monaſterium ſub titulo Sanctiſſimæ Mariæ Virginis conuertit cùm magno adiutorio eiuſd. glorioſiſſimi Ducis Giſulphi, & Scaunipergæ eius vxoris. *c*

IOANNES II. Epiſcopus XXXVI. Zaccharia Papa, & Giſulpho Duce XII. Beneuenti regnante, de quo noſtro Epiſcopo habetur in vita, & actis S. Marci

a *Ex Biblioth. Caſin. in m. ſ. Cod.*

b *Leo Hoſt. ibid. lib. 1. c. 5. Baron. in eod. ann. 748.*

c *Leo Hoſt. ibid. lib. 1. c. 6.*

Marci Solitarij in Monte Marſico. Qui pijſſimus Dux nobiliſſimum S. Sophiæ Templum Beneuenti cœptum, morte præuentus interrupit Anno Dom. 751. & in defuncti Ducis locum fuit erectus Luitprandus, qui Dux XIII. extitit, qui de Anno 758. vita decedens; Arrechus huius nominis II. fuit per Senatum Beneuentanum poſt eum in Ducem electus ætatis ſuæ annorum 25. *a* & Dux XIV. extitit, & fuit primus, qui ſe Principis nomine, & corona caput ſuum ornaret, & ab Epiſcopis vngi ſe fecit, atque in ſuis chartis ſcriptum in Sacratiſſimo noſtro Palatio in finem ſcribi præcepit. *b*

a *Heremper. in ſuo m.ſ. Chron. pag. 16.*

b *Leo Hoſt. lib. 1. cap. 9. Chron. Caſinenſ.*

Anno 755. Pipinus Rex Francorum inter Prouincias, & loca Italiæ, quas Stephano Papæ II. Romanæq; Eccleſiæ donauit, fuit Ciuitas Beneuentana. *c*

c *Leo ibid. c. 8. Baron. in ann. 755. litt. D.*

Anno 760. Corpora Sanctorum duodecim Fratrum ex diuerſis Apuliæ locis diligentia Pijſſimi Principis Arrechi tranſlata, & in Auguſto Templo S. Sophiæ à Giſulpho Duce incepto, & ab ipſo Arrecho mirificè perfecto, & ampliſsimis prædijs, opibuſq; ditato, honorifico ſepulchro contecta fuere. *d* Qui Martyrij coronam acceperunt ſub Valeriano Iudice, Maximiano Imperatore Anno ſalutis 238. circiter, ſcilicet, Arontius, Honoratus, Fortunatus, & Sabinianus Potentiæ 6. Kal. Septemb. Septimus, Ianuarius, & Feliciſsimus Venuſij. 5. Kal. Septemb. Vitalis, Satorius, & Repoſitus Veliniani, 4. Kal. Septemb. Donatus Presbyter, & Felix Subdiaconus Sentiani 3. Kal. Septemb. ibiq; omnes ſepulti, vbi paſsi ſunt, quorum Pater Bonifacius, Mater Tecla

d *Herempert. ibid. pag. 144.*

voca-

Digitized by Google

vocabatur ex Adrumentina Vrbe propè Cartaginē. Ipſorumq; translatio Beneuentū fuit die 15. Maij, *e* & in eorum geſtis ij verſus leguntur. v3.

e Ex Bibliotb. Beneue. in m.ſ. Cod. de geſt. SS. p. 2. pag 61.

Bis ſenos tegit Vrna Fratres, quos vna creauit
Tecla, Deo fortes, innocuoſq; Duces.
Par pietas fuerat, par Mors, par vitaq; Arrechus
Princeps translatos ornat honore pari.

Et in ipſa Eccleſia nobiliſsimum Monaſterium Monialium Ordinis S. Benedicti ordinauit, germanāq; ſuam, nomine Garibergam ibidem Abbatiſſam efficiens, & id ſub iure B. Benedicti in Monte Caſino tradidit in perpetuum permanſurum. *f* Quam Garibergam Petrus Pagianus eorum, quæ in eius laudem narrat, Beneuentani Ducis Sanctiſsimā ſororē vocat in Hiſtor. monaſt. par. 3. cap. de Garimbergæ vbi citat Herempert. Quod Templum Princeps Arrechus cùm ſæpiſsimè frequentare orationis cauſa conſueſceret, pro certo habetur, ſibi oranti duodecim Fratres Martyres ſupranominatos ſub iuuenili ſpecie apparuiſſe, eumq; beneuolè ſalutaſſe; qua viſione commotus Princeps aſpero vultu (eos ignorans) increpauit, cur noctis tempore locum Virginibus addictum ingredi auſi eſſent? cui reſponſum eſt, *Nos, ò Princeps duodecim Fratres ſumus, quorum Corpora ex varijs Apuliæ locis collecta, in hoc Templum tua induſtria, ſummaq; cum pietate tranſtuliſti, quod opus quanta tibi vtilitati futurum erit, nobiſq; gaudio fuerit, in altera vita cognoſces*, & his dictis ſubitò Principis viſio, quæ videbatur diſparuit. *g*

f Leo Hoſt. ibid. lib. 1. c. 9. Heremper. ibid. pag. 144.

g Ex Bibliotb. Beneuent. ibid. Leo Hoſt ibid.

De Epiſcopo noſtro Ioanne meminit D. Michael Monachus *Decret. Doctor*, Canonicus Capuanus

in ſuo erudito Sanctuario Capuano ſub Sãcto Bernardo Epiſcopo in Annot.num.1.pag.28. Stephano Pap.II. Dei Eccleſiam tunc gubernante.

DAVID II. Epiſcopus XXXVII. Paulo Pap. I. & Arrecho II. Principe Beneuenti regnante. *a*

a Heremp.ibid. pag. 17.

Anno 768. die 26. Auguſti Stephano Pap. IV. diligentia, ac pietate eiuſdem Principis Arrechi Principatus ſui anno 10. fuit translatum Beneuentum à Quintodecimi Ciuitate Corpus S. Mercurij Martyris ibi relicto à Conſtante Cõſtantino dicto Cõſtãtipolitano Imperatore tẽpore quo ad Baneuẽtanæ Ciuitatis obſidionem venerat Romualdo Duce Beneuentano, qui inter Protectores Beneuentanæ Vrbis, & totius eius Prouinciæ fuit adſcriptus, & magno cum gloriæ apparatu ſuſceptum, & per Portam Auream ingreſſum, & in Eccleſia S. Sophiæ honorificè contectum. *b*

b Ex Biblioth. Beneu. in Cod. par. 2. pag. 51. & 54.

Qui Beatiſsimus Martyr à Parentibus Philopater, à Commilitonibus Mercurius, cognominatus, fuit Gordiani filius, genere Scytha. Cæſareæ in Capadocia pro fide Chriſti nobile certamen peregit Decio Imperatore anno ſalutis 254. cùm prius ob egregia nauata opera in bello aduerſus Perſas, ab eodem Imperatore fuiſſet honoribus auctus. Chriſtiana fide imbutus, & Angelica viſione roboratus, ingentem de Perſis victoriam conſequutus, dilatus à Catulo Conſulari, quod Chriſtianus eſſet, à Decio vocatus, cauſam dixit magna conſtantia, cuius rei occaſione multa paſſus, demum capite truncatus, coronã Martyrij inſignitus, de impietate, & perfidia illiberalis Principis triũphauit 7. Kal. Septemb.

quæ

quę dies, ac translationis ipſius, Beneuenti anniuerſario colitur. *c*

De quo S. Martyre legitur in Compendio temporum, & Hiſtor. Eccleſiaſtic. in ann. 362. cap. 4. fol. 45. Quòd cùm Iulianus Apoſtata proceſſiſſet contra Perſas ad bellandum, tranſiens per Cappadociam, Baſilium Epiſcopum, & Chriſtianos multis opprobrijs, & comminibus rationibus pro reditu effecit. Vnde Epiſcopus ieiunans, & orans cùm Plebe ſua, vidit B. Virginem præcipientem B. Mercurio Militi dudùm ſepulto, vt ſe, & ſuum filium vindicaret de Iuliano, quod factum eſt. Nam creditur apud Teſiſontem ſagitta ex incerto miſſa eſt, transfixus cùm eſſet inermis fidens Deorum ſuorum reſponſis, iſq; Iulianus in vita blaſphemus, expirans eleuata manu ſanguinem ſpargens, blaſphemando ait, viciſti Galilee. *d* De quo facto inter antiqua monumenta Archiuij S. Sophiæ ij verſus leguntur.

Dum furit in Chriſtum Iulianus Apoſtata, Chriſti
Militis interijt cuſpide Mercurij.

Anno Domini 769. Vir quidam nobilis & ditiſſimus Beneuentanus Leo nomine ſe ipſum, & omnia ſua Monaſterio Caſinenſi tradidit. *e*

Anno 778. 12. Kal. Auguſti Indict. 1. obijt Romualdus Arrechi Principis filius viuente patre, cuius ſepulchrum Dauid Epiſcopus noſter elegantibus verſibus exhornauit, quos Herempertus recenſet in m.ſ. Chronico pag. 18.

DANS Epiſcopus XXXVIII. Adriano Pap. I. & Arrecho II. Principe I. Beneuenti regnante, qui Princeps Ciuitatem Beneuentanam ampliauit ex

c *Ex Biblioth. Beneu. ibid. Ex Archi. Monaſt. S. Sophiæ in geſtis tranſlat. S. Mercur. in Cod. m. ſ. Leo Hoſt. lib.* 1. *cap. 9. Baron. eod. an. lit. B.*

d *Amianus in ſuis Hiſt. ex Bibliot. Beneu. in d. Cod. m. ſ. in 2 par. pag. 157.*

e *Hoſtien. lib. 1. cap. 9.*

Digitized by Google

ea parte vbi Monaſterium S. Modeſti extat fundatum, Vrbemq; totam altis męnijs tutisq; Turribus muniuit, ornauitq; ann. Domini 780. *a*

a Ex Archiuio Monaſt. S. Modeſti in m. ſ. C. lit. Longobard. de translat. S. Modeſti de Vrbe Beneu.

Anno 786. Carolus Magnus Gallorum Rex cùm valido exercitu contra Arrechum venit, quia iuſſa eius contemneret, & quod precioſa corona caput ſuum ornaret. Epiſcopus Dans cùm nonnullis alijs Epiſcopis Carolo Regi obuiam factus propè Capuam, pacem ei perſuaſit, ne Chriſtianorum ſanguis funderetur, malumq; aliud ne fieret, quibus perſuaſionibus Carolus obtemperauit, *b* Et ſic Antiſtes noſter ſua prudentia bellum ſedauit, pacemq; inter eos compoſuit, & ab Arrecho datos obſides duodecim ex Nobilioribus Beneuentanis per Carolum electos, præter Grimoaldum eius filium, quem Rex in Galliam ſecum duxit, & retinuit vſque ad obitũ Arrechi, *c* qui migrauit ad Dominum die 26. Auguſti anno 787. *d* Cuius ſepulchrum elegantibus verſibus Paulus Diaconus exornauit, quos nobis hic tranſcribere viſum eſt, vt ſequitur.

b Heremper. in Hiſt. m. ſ. pag. 11. & ſeqq.

c Baron. in an. 787. lit. B.

d Baron. ibid. lit. C.

Lugentum lachrymis Populorum roſcida tellus
Principis hæc magni nobile corpus habet.
Hic namq; in cunctis recubans celeberrimus heros
Præpollens Arichis, ò decus, atq; dolor?
Tullius tu potens cuius vix pangere laudes
Vt dignum eſt, poſſit, vel tua lingua Maro.
Stirpe Ducum, Regumq; Satus tranſcenderat ipſe
Nobilior gentis culmina celſa ſuæ.
Famoſus, validus, ſuauis, moderatus, & acer,
Facundus, ſapiens, luxq; decorq; fuit.
Quod logos effinxit, moderanſq; quã ethica pangit,
Om-

Omnia condiderat mitis in Arce ſua.
Strenuus, eloq; ij diuini cultor, & index.
Præuigil in lachrymis tempora noctis agens.
Anteibant iuuenes venatu, viribus, armis.
Flaminibuſq; ipſis flamina Sancta dabat.
Ter binis luſtris Patriæ ſic rexit habenas,
Fluctibus vt lintrem nauita doctus agit.
Sollicitus gratam pacem ſeruauit amator.
Conſilio cautus, prudens, atq; ſagax.
Cùm natis proprium nil ducas tradere cenſum.
Inſuper, & Patriæ promptus amore mori.
Sic noſtrum ſolamen erat, ſolamen egentum,
Hos ſatagens verbis, hos releuare manu.
Ornaſti Patriam doctrinis, mænibus altis,
Hinc in perpetuum laus tua ſemper erit.
Turris, quieſq; tuis, portus, ſaluſq, fuiſti,
Gloria, deliciæ, tu generalis amor.
Heù mihi quàm ſubitò perierunt omnia tecum
Gaudia, proſperitas, paxq; quieſq; ſimul?
Plantus vbiq; ſonat; te luget ſexus, & ætas,
Omnis, & ante omnes tu Beneuente doles,
Nec nimis excelſis nuper circumdate muris
Structorem Orbe tuum clare Salerne gemis,
Appulus, & Calaber, Bulgar, Campanus, & Afer,
Quoſq; Silar potat, Romuleuſq; Tyber.
Iam felix olim, nunc namq; miſerrima Coniux
Regali in thalamo quam tibi iunxit amor.
Heù perpetuo pectus transfixa mucrone
Languida membra trahens, te moribunda dolet.
Viderat vnius heù nuper funera nati,
Aſt alium extorrem Gallia dura tenes.

Huic geminæ natæ vernanti flore ſuperſunt.
Solamenq; mali, ſollicituſq; timor.
Has cernens, reddi vultus ſibi credit amatos:
His trepida fit, & fluctuabunda pauet.
Solatur tantos ſpes hæc vtcumq; dolores,
Quod te pio meritis nunc Paradiſus habet.
O Regina potens Virgo, Genitrixq; Creantis
Proſit, & huic ſacro membra dediſſe lari.

Vixit quinquagintatres annos, obijt 7. Kalend. Septem. Ann. ab Incarnatione Domini 787. Et ex Donna Adelperga Principiſſa filios Romuald. & Grimoald. Egiſiſum, Theoraldum, & Adeliſam.

De cuius Principis Arrechi ità præclarum etiam ſeruat memoriam marmoreus lapis Neapoli in Diui Ianuarij Eccleſia poſitus in morte Cæſarij Ducis Neapolitani XII. vt ſequitur. c

c *Ex Hiſt. Neapolit. Iulij Cæſaris Capacc. lib. 1. pag. 128.*

Ceſaris Conſul tenoris ſublatus in annis
Hic recubat moriens, væ tibi Parthenope.
Aeternum medio geſtat in pectore vulnus,
Militibus perijt murus, & arma tuis,
Et mea qui hunc genui nos vulnera flete parentes,
Qui ſobolum cupitis tàm benè ſorte frui.
Sors mea deterior dulcis in funere nati,
Cuius flamma meum pectus vbiq; cremat:
Aptus erat cunctis in verbis, promptus in actu,
Conſilio ſolers, fortis ad arma ſimul;
Rex Romæ præcelſa nouo, quo ſceptra reguntur
Prætulit hac noſtra ciuibus Vrbe ſuis.
Iſtius auxilio longæua paterna ſenectus
Tuta regebatur, iamq; quietus eram.
Virtus, ingenium, pietas, ſapientia multa,

Væ

Digitized by Google

Væ cui cum genito tot periere bona :
Sic blandus Bardus erat vt fœdera gratis
Seruaret ſapiens inuiolata tamen.
Conſul, poſt Præſul, genitor monumenta paraui,
Cui fuerat curæ cõdere membra Patris.
O,mihi non proles tantùm,ſed collega fidus
Cui tantos linquis quos tuus arſit amor .
Nutricius obſes Arichis moderamine ſanƈto
Saluaſti Patriam permemorande tuam .
Sex, quater, & binos hic iam tranſcenderat annos
Cùm flamen CHRISTO credidit eſſe ſuum .
Vita ſenis tenuis, pòſt nati funus acerbum
Poſt illum paucis credo diebus eam .
Lux te præcedat CHRISTI cariſſime fili,
Sanƈte Ianuari quod peto poſce Deum .

Depoſitus eſt 12. Kal. Octob.nono Conſtantino, & Irene Auguſt.ann.13. Indict.12.

Ex prædicta inſcriprione habemus,quòd regnante Beneuenti Arrecho, & Stephano Duce, & Præſule Cæſarij Patre Neapoli gubernante,fuiſſe bellũ inter Beneuentanos, & Neapolitanos, & inter eos poſtea fœdum initum,dato obſide Cæſario filio Arrecho Principi,quod bellum,& pacem etiam recenſet Herempertus in ſuo Chronico m.ſ.pag.143. circa annum Domini 785.

Bellum prædictum inter Carolum, & Arrechum aliter quàm notauimus,in aliquibus recenſet Baronius in ann. 788.lit.A.

19 Ferunt Carolum Regem ſub legati forma ſæpè Arrechum viſitaſſe,vt ſuiſmet oculis auditam ipſius magnitudinem inſpiceret, inſpectamq; vehementer

eſt

eſt admiratus; vt recenſet Herempertus in præcitato m.ſ. Chron. in pag. 14.

Arrecho demortuo, Grimoaldus filius diù obſes Procerum Beneuentanorum precibus libenter, & magnificè à Carolo Magno Gallorum Rege nõnullis pactis conditionibus dimiſſus eſt, cui phaleratos equos, inſtructam familiam, aliaq; dona quamplurima eſt largitus. Digna ſanè tanto Rege, & tanto Principe magnificentia, euidens maximæ æſtimationis, & beneuolentiæ ſignum, tàm in Patrem defunctum, quàm in filium Beneuenti Principem conſtitutum. At licet Auguſta, & Regia fuerit hæc Caroli Magni magna cum liberalitate dimiſſio; maxima tamen & incredibilis fuit Beneuentanorum in ſuo Principe recipiendo lætitia: Vix enim Grimoaldo Beneuentanorum fines ingredienti ante Vulturni fluminis tranſmeationem tota Vrbs quaſi ex ipſius fundamentis euulſa obuiam ire videbatur; Ecce ſibi primum ingens Longobardorum Plebs, ac Militia maximo cum plauſu, atq; inſtrumentis bellicis læta occurrit; Deinde longa Beneuentanorum Optimatum ſeries lætabunda, ac hilari vultu illum excepit. Poſtremo caterbatim Beneuentani omnes ſexus vtriuſq; promiſcuè per mille paſſus ab Vrbe digreſſi ſuo Principi cùm hymnis, & canticis acclamantes obuij venerunt, vno omnium ore Patrem omnium, ſalutem Populorum, Vrbis tutamen, pauperum præſidium ſingulare, deſiderium Patriæ, ac Dominum vniuerſorum nõ ſinè maximis Deo gratijs pro tali beneficio nuncupãtes: tanto plauſu, tantoq; gaudio, communiq; tripudio vt primum Vrbem in-

ingreſſus eſt Grimoaldus illicò vt pius Princeps paternam æmulans pietatem ad Sacratiſſimum Dei Genitricis Templum recto tramite properauit, & venerabundus humiq; proſtratus, ac in faciem ſuam procubãs Deo, Deiq; Virgini Matri gratias egit, veniam pro ſe, ac pro mortuo Patre petens, diù maxima cùm pietate orauit; ò egregium aliorum Principum exemplar, ò verè memorandum pij Domini factum; ò virtutem à paterna ſanctimonia nunquam degenerem. memor enim erat tãtus Princeps diuinæ illius Apoſtoli Iacobi ſententiæ, *quod omne datũ optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*; nec non ſæpè in animo ſuo ſapientis dicta reuoluebat in lib. ſapien. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt*, & illud aliud, *Quoniam iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet; potens enim potenter tormenta patientur.* His pijs cogitationibus commotus pius Princeps à ſacro Templo ad ſacrum Palatium deuenit, & Dux decimusquintus, & Princeps ſecundus viua omniũ voce cùm ingenti, ac maximo Beneuentanorũ omnium plauſu, atq; Vrbis vniuerſæ lætitia fuit acclamatus. *f* Qui Princeps ſuorum prædeceſſorũ charitatis æmulator, multa bona Caſinenſi Monaſterio donauit, recenſet Leo Hoſtien. in lib. 1. c. 14.

f Herempert in m.ſ. cronic. pag. 13. 18. & ſeq. et 144.

Hac eadem tempeſtate ad inſtantiam Pontificis Adriani Papæ I. Carolus Rex Francorum confirmauit donationem à Pipino eius patre Stephano Pap. II. & Romanæ Eccleſiæ factam de Ducatu Beneuentano, alijſq; Prouincijs Italiæ, quam recenſet Leo Hoſt. in lib. 1. c. 8. & Baron. in ann. 774. lit. E.

Baron. in ann. 787. lit. D.

Anno

Anno Domini 791. Giſulſus ex nobiliſſima Beneuentanorum Ducum proſapia originem ducens fuit ordinatus Abbas Caſinenſis, narrat Leo Hoſt. ibid. cap. 19.

Anno Dom. 800. Leone Papa III. Carolus Magnus Romæ degens Pipinũ Regẽ filium Beneuentũ expediuit ob non ſeruata ſibi promiſſa à Grimoaldo Principe II. quando è Gallia fuit dimiſſus, quod fruſtra multis mẽſibus oppugnatum, & Beneuentanorum virtute defenſum, dereliquit, ſuamque rabiem contra Theatum extinxit, vi enim captum, depopulatus eſt, & ſolo æquauit. *g* De eo Herempertus in ſuo Chronico m. ſ. pag. 145. ſic ſcribit, *Factum eſt, vt Pipino regnante Ticini, & Grimoaldo Beneuenti, frequentiſſimo bello Pipinus Beneuentanos vexarit, ita vt nec ad momentum pax interfuit illis viuentibus, erat enim vterq; iuuenili ætate feruens, & ad bella procliuis. Pipinus autem fultus auxilio bellatorum iurgijs, continuoq; bello Grimoaldum exagitabat. Grimoaldus verò, & Ciuitatibus munitis, & primatibus quamplurimis conſtipatus paruipendens, ac deſpectui ducens illius perſequutionem in nullo cedebat.* Hæc ille.

g Ammirat. in vita Grimoal.

Anno Dom. 807. circiter Grimoaldus Princeps diem ſuum clauſit extremum, & cum filios non haberet, fuit ad Principatum euectus eius Theſaurarius, qui etiam vocabatur Grimoaldus quartus huius nominis, & Princeps III. Vir ſatis mitis, & adeò ſuauis, vt non ſolùm cum Gallis, verùm etiam cum vniuerſis circumquaq; gentibus pacis inierit fœdus, & Neapolitanis gratiam, pacemq; donauit. *b*

b Herempertus in m. ſ. Chron. pag. 145.

Sed

Digitized by Google

Sed reuolutis deinde annis, Neapolitani intra eorũ mœnia receperunt Dauferium virum ſpectabilem Beneuentanum, qui contra Principis Grimoaldi vitam machinauerat, ex quo Princeps indignatus, cõgregato ſuo exercitu Neapolim adiuit, & iuxta Ciuitatem applicuit, ſed continuò Neapolitani audaciter in prælium exierunt, contra quos ita Princeps inſurrexit, vt tantam deniq; ſtragem hoſtium mari, terraq; fecit, vt fretum adiacens vix per ſeptem, & eo amplius dies cruore occiſorum purgaretur, & pauciſſimi homines in ipſa acie ſuperuixerunt. Dauferius vnà cum Duce, qui tũc ibi pręerat, fuga elapſi, incolumes intra Vrbis mœnia ſe receperunt, eoſq; Princeps Grimoaldus vſque ad Portam, quæ Capuana dicitur, inſecutus eſt. reuerſo igitur Grimoaldus ad Caſtra cũ Exercitu ſuo incolumi; altero die compoſitis differẽtijs, pro faſtigio ſumpto, & pro detentis affinibus; dictus profuga Dux dedit in xenium octomilia aureorum ſupradicto Principi, & Dauferium in eius priſtinam reduxit gratiam. *i*

i Herempertus ibid. pag. 146.

Ann. Dom. 817. Grimoaldus Princeps fuit à Radelchi Comite Compſano ſub dolo extinctus, atq; ei Sico ſubſtitutus, qui cùm Francis fœdus innouauit. *K*

K *Leo Hoſt. lib.* 1. *c.* 19.

Eodem anno Guaſtaldeus Beneuentanus fecit Hoſpitale iuxta Beneuẽtum de proprijs bonis ſuis, eiq; omnia ſua obtulit, conſtituitq; illud ſub Monaſterio Caſinenſi.

Heremper. ibid. pag. 147.

Perinde tempus Tranſemundus nobilis Beneuẽtanus obtulit eidem Monaſterio diuitias multas, narrat Leo Hoſtenſ. in lib. 1. cap. 18.

G GV-

GVCTVS Epiſcopus XXXIX. Eugenio Papa II. anno Domini 825.circiter, qua tempeſtate Sico Princeps IV.Beneuent. magno exercitu Neapolim properauit, eamq; foris conſtrictā incendijs vaſtauit, quæ tamen obſeſſa cum Beneuentanorum Exercitu concertauit. At Vrſus Electus Neapolitanus Principem eſt deprecatus, ne vltra malum ſerperit, Chriſtianorumq; ſanguis effunderetur; Paruit generoſus Princeps, Neapolitanis pacem concedendo cum pacto de tributo ſoluendo ſingulis annis, quod ipſemet Neapolitanorum Dux cum vniuerſo ferè Populo ſub terribili, fortiſſimoq; iuramento per publicas ſcripturas adiurauit. Princeps verò Corpus S.Ianuarij Martyris, ciuis, & Epiſcopi Beneuentani glorioſiſſimi inde Beneuentū aſportauit, *a* & à Gutcto (ſiuè Anonymo, vt alij ſcribunt) Epiſcopo, Beneuentaniſq; omnibus omni glorię apparatu ſuſceptum, & in veteri Cathedrali, quæ Hieruſalem appellabatur, vbi antiqui Epiſcopi, & ipſe S.Ianuarius aliquando reſedit, cum Sāctis Martyribus Feſto, & Deſiderio honorificè collocauit die 23. Octobris, quæ dies ad hæc vſque tempora colitur. *b* cum octaua, *c* Qua tempeſtate Sico Princeps tres ſuas filias nuptui tradidit tribus Nobilibus Beneuentanis, vnam Maxeio nobiliſs.viri Azonis filio, cuius nomen Siclenda fuit; aliam Vrſi filio; tertiam Rademundo copulauit, quarum duarum nomen non habemus. *d*

Nouam verò Eccleſiam in honorem Deiparæ, quæ hodie Metropolitana dicitur, fuit ab eodem Principe Sicone ampliata ann.Dom.829.Gregorio IV.Summo Pontifice. *e*

a *Heremper. in ſuo Chron.m.ſ. pag.37.& 148. Platin.a in vit. Eug.p.2. Leo Hoſt. lib.1. c.19.*

b *Ex Biblioth. Beneu. in Cod. m.ſ.litt. Lōgob. de geſt. SS. p.2. pag.103.*

c *Ex ead. Bibl. in martyrolog. m.ſ.antiq.ſign. n. 178.*

d *Herempertus ibid. pag.36.*

e *Herempertus ibid.*

Anno

Anno 832. Sico vita exemptus eſt, poſt cuius obitum eius filius Sicardus ad Principatum fuit exaltatus,& Princeps V. extitit. *f*

f *Herẽpert. ibid. pag.* 39.

Anno Domrni 836. Neapolitani pactum tributum cum Sicone Principe demortuo ſoluere retractantes, Sicardus Princeps cum toto ſui Principatus Exercitu agreſſus eſt, Vrbemq; Neapolitanam tres menſes obſidione vallauit, atq; ex omni circumdatam parte fortiter expugnauit, omnia extra Vrbem ferro,& igne deuaſtans; At tandẽ Princeps ad preces cuiuſdam Religioſi Monachi pro Ciuibus ſuis ante ipſum proſtrati veniam poſcentis, necnon ad perſuaſionem Roffrit viri ſtrenuiſſimi Beneuentani pacem eis dedit cùm obligatione de tributo ſoluendo. *g* Qui Princeps non multum poſt, Calabriam, Apuliamq; virtute eiuſdem Illuſtris viri Roffrit ſub iure ſui Principatus obtinuit. *h* Et omnibus circumuicinis ſibi ſubactis, Surrentum inſtructa acie inuadens, vndiq; bellicis inſtrumenris, ac machinis vaſtabat, interea pauidi Ciues in Templum de more collecti, Dei, Sanctorumq; clementiam non ſine maximo eiulatu expetebant; Cùm ecce pila murali bombo emiſſa Templum Beatiſſimi Antonini concuſſit quidem; non tamen excuſſit. Et licet tali ictu læti hoſtes ingentem pro aditu ruinam ſibi factam credentes, mirè percuſſam sẽſiſſent, cęco tamen impetu ad repetendos vehementius ictus abrepti, obdormiuere, præliumq; nox repentè diremit. Et Ducem in ſomnis ità Sanctiſſimus Antoninus eſt alloquutus. *Tunc Sanctorum oſſa exturbare, viſoq; pilæ miraculo adhuc perſeuerare auſus es Reſpice ergò tandem*

g *Herẽper. ibid.*

h *Heremp. ibid. pag.* 42.

G 2

dem hoc meo flagello correctus, ne ſæuiora malis expectare ſupplicia. Hactenus ille; virgaq; elata non ſine dolore, & liuore terq; quaterq; tergum percuſſit. Excitatus Dux viſa incredulis referens, ictuumq; quoq; veſtigia patefecit, neq; adeo alijs diſceſſum ſtatim cogitantibus; Ecce Nuncij è Beneuentana Ciuitate; Herilem Ducis filiam horrenda pati, atq; à dęmone ita vexari, vt proprios mordicus arctus dilaniet, omneſq; fugiat, retulere; Eademq; hora pridie arreptam eſſe compertum eſt, qua ſancti viri tumulum æneo tormento concutere non dubitarunt. Omnes his exterrefacti Milites ſtatim Caſtra mouerunt, Beneuentumq; ſe receperunt. Duxq; pœnitentia ductus filiam precioſiſſimis indutam veſtibus auro, gemmiſq; contextis ſuppliciter ad tubam Diui Antonini, quam prius audacter violare tentarat, non fruſtra dimiſit, veniã ſibi, filiæq; libertatem piè impetraturus. Namq; eorum præces minimè aſpernatus B. Antoninus dęmonem ſubitò effugauit, eamq; rationis compotem reddidit. Hæc omnia ſuum dilata ornamenta vnà cum ligno Sanctæ Crucis auro, gemmiſque incluſo Patris iuſſu faciens grato animo ſuo liberatori donauit, lætaque ad Patrem remeauit. *i*

i Ex geſtis S. Antonini, quæ Surrenti habẽtur.

Eadem tempeſtate Princeps Sicardus Gualdum, qui Martorapus vocatur, Caſinẽſi Monaſterio conceſſit. *K*

K Leo Hoſt. ibid. lib. 1. cap. 22.

VRSVS electus Epiſcopus XXXX. eodem Pontifice Gregorio IV. Quo Præſule Principis Sicardi pietate, ac diligentia Corpus glorioſiſſimi Apoſtoli Bartolomæi fuit ex Lipari Inſula Beneuentum trãſlatum,

latũ,& à Beneuentanis magno cũ gloriæ apparatu, receptũ, & inter eorũ protectores aſcriptus an.Do. 839.die 25.Octob.& in Eccleſia Beatiſſimæ Virginis,quæ hodie Metropolitana eſt, honorificè collocatum. *a* Quæ tranſlationis dies quotannis cum octaua,& Synodo Litaniarum colitur. Sub quo Antiſtite Vrſo Corpora Sanctorum Felicitatis, & filiorum è Ciuitate Aliſæ à Sicardo Principe Beneuentum delata fuere, & in prædicta Eccleſia collocata. *b* Nec non Corpora Sanctorum Epiſcoporum Deodati,& Marciani,quæ in proprijs eorum Eccleſijs ſepulta erant, ſcilicet, Primum Nolæ, quod in Eccleſia eius nomine dicata à Tato, & Taſo nobilibus Beneuentanis. *c* collocauit, & ſecundum Frequẽtinæ in eadem prædicta Beatiſſimæ Virginjs Eccleſia inuexit. *d* Hoc eodem ann.839. Princeps Sicardus à ſuis extinctus fuit, & ad Principatũ aſſumptus Radelchis demortui Principis Theſaurarius omnis Beneuentanæ Prouinciæ conſenſu, quòd vir eſſet blandis,ac bonis moribus pollens. *e*

a *Heremp.ibid. pag. 46. Hoſtien.ibid.li. 1.c.23. Bar.in an.840. lit.C. Ex Bibliot.Ben. de geſt.SS. p. 2. pag.107. in m. ſ.Cod. antiq.*
b *Ex Monaſtr. S. Victorini in eod.m.ſ. lit.Lõgob.de tranſlat. ipſorum SS.*
c *Ex ead.Bibli. ibid.de geſt.SS. p.pag.149.*
d *Ibi. pag.134*
e *Heremp.ibid. pag.49.& 150. Hoſtie.ibid. lib. 1.c.26.*

Eccleſiam in Apoſtoli Bartolomæi honorem à Principe Sicardo inceptam.Epiſcopus noſter Vrſus perfecit, & dicauit. *f*

f *Ex Bibl. Ben. ibid. p. 1. pag. 135.*

Anno Dom.842. ortis differentijs ob Principatũ Beneuentanum inter Radelchem, & Sinocolphum demortui Principis Siconis filium, totam Siconolphi regionem Radelchis deuaſtauit, Capuamque vniuerſam in cinerem redegit. *g*

g *Leo Hoſt.ibid. Sigon. de Reg. Ital.in an.835.*

IOANNES III.Epiſcopus XLI.cui Carolus II. Caroli Magni nepos confirmauit priuilegia conceſſa à Regibus, & Reginis Eccleſiæ Beneuentanæ,

nec

nec non donationes quorumcunq; bonorum ab eiſdem factas,&c. Sub datum Capuæ anno Dom. 845. 11. Kal. Aprilis ann. 18.& 14. Regni ſui. *a*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Priuil. n.* 13.

Ann. 847. fuit per vniuerſam Beneuenti Regionem tàm ingens terremotus, vt, & ædificia multa à fundamentis corruerint, & homines innumeri interierint. *b* Quibus calamitatibus acceſſit, quod non multum poſt incaluerunt bella orta ob Principatum Beneuentanum inter Radelchem, & Sinocolphum, adeò vt ferè tota Italia vexaretur, & id propterea Ludouicus II. Imperator ad Longobardorum ſupplicationem (qui nedum à prædictis diſſentionibus, verùm etiam à Saracenis oppreſſi reperiebātur) Beneuentum venit, & à Radelchio, Beneuentaniſque omnibus honorificè receptus, Saracenos omnes in poteſtatem Ciuium adduxit, quos in vigilijs Pentecoſtes ad vnum extra Vrbis mœnia iugulandos iuſſit, inter quos Maſſan etiam illorum Dux capite cæſus eſt. Mox congregatis Longobardis omnibus totam Beneuentanam Prouinciam inter Radelchem, & Sinocolphum æquo diſcrimine eſt partitus anno Domini 849. ſicq; poſt dies paucos Imperator ad ſua eſt reuerſus. *c* Mortuo Radelchi Principe VI. Redelgarius eius filius Principatum obtinuit anno circiter 850. vir planè fortis, animoq; pacificus, nec non, & corporis forma cunctis gratus. *d* Qui cùm Saracenorum incurſibus multum præmeretur, accito Lothario Francorum Rege, vt in eius auxilium armato Milite veniret, quod & factum eſt, & eorum furorem depreſſit, eoſq; fugauit. *e*

b *Leo Hoſt. lib.* 1.*c.*27.

c *Leo Hoſt. ibid. c.*28. *Herempe. ibid. pag.*153.

d *Herem. ibid.*

è *Heremp. ibid. pag.*68. *&* *ſeq. Ammirat. in vit. ipſius lit. D.*

An. Dom. 853. Redelgarius obijt, eiq; ſucceſſit Radel-

delchis, ſiuè Adelgis frater eius, Princepſq; VIII. extitit, vir quippè mitiſſimus, & amabilis, tantæquè manſuetudinis, vt etiam ab exteris diligeretur. *f*

Anno Dom. 856. Sodoam Saracenorum Rex neq uiſſimus totam terram Beneuẽtanam igne, gladijs, & captiuitate crudeliter deuaſtauit, ita vt non remaneret in ea aliquis, nec vllus locus, præter Vrbes præcipuas, qui illius efferitatem euaderet, quamobrem, & Gallorum exercitus crebrius adueniens ad eorum furorem opprimendum, nihilq; proficiſcens; viam, qua venerat, repetebat. Vnde factum eſt, vt Adelgis Beneuenti Princeps coactus, penſione, & obſidibus pacem confirmaret. *g*

CAROLVS Epiſcopus XLII. *a* tempus, quo præerat, ignoratur, ideò quaſi diuinando, ipſum collocauimus ſub hoc anno Domini 866. Quo anno Saraceni Beneuẽtanam Regionem inuaſerunt, omnia cædibus, rapinis, incendijs, deuaſtantes, aduerſus quos Ludouicus II. Imperator ingenti comparato Exercitu Apuliam petit, quam iam antè occuparant, at primo congreſſu ſuperatus, poſt ingentem dè illis victoriam retulit, potitus etiam eorũ Caſtris. Indeq; Barim Ciuitatem contendens, quatuor annis obſeſſam cœpit, captoq; in eo Sodoam effero Regè cum nonnullis ex Saracenis, quos trucidauit, *b* præter ipſum Sodoam omnium hominum flagitioſiſſimum, ob quod iuſtitiæ defectum nonnulla mala deinceps Auguſto irruerunt, narrat Herempert. in ſuo m. ſ. Chronico pag. 163. relatus à Baron. in Ann. 872. Qui Imperator ex Apulia victor rediens, Beneuentum aduenit. *c* Qua tempeſtate Ludouico Imperante, &

f *Heremp. ibid. pag. 154. Ammirat. in vita ipſius lit B.*

g *Heremp. ibid. pag. 188.*

a *Ex Bibl. Ben. in Cod. m. ſ. litt. Longob. diuerſ. geſtorũ pag. 17.*

b *Heremp. ibid. pag. 161. Hoſt. lib. 1. c. 38. Baron. eod. ann. lit. B.*

c *Lupus Protoſpata in ſuo Chron. eod. an. Hẽremper. ibid. pag. 160. Hoſtien. ibid.*

Digitized by Google

te, & Adelgiſo Principante, trigintaduo Philoſophi Beneuenti floruere, ex quibus Ildericus vir illuſtris vitæq; ſanctitate clarus, & ob id ab eiſdem Principibus in maximo honore habitus, refert Heremper.in ſuo Chron.m.ſ.pag.94.

IOANNES IV. Epiſcopus XLIII. ann.Domini 868. Eccleſiam Beneuentanam regebat, quo anno Ludouicus II. Imperator Beneuentum venit, & ab Adelgiſo Principe benignè receptus. *a* Qui Imperator Eccleſiæ Beneuentanæ, eidemq; Ioanni Epiſcopo inter alia bona, donauit Caſtrum S. Angeli in Gargano, eamq; Eccleſiam eidem confirmauit, vt per ſuum Priuilegium ſub datum Beneuenti anno 868.4.Kal. Iunij Indict.1.Imperij ſui ann.13. *b*

a Heremp. ibid. pag. 60.

b Ex.Bibl. Ben. in faſc. Priuil. nu.19.

Ann. 872. Ludouicus Imperator Beneuentum rediens à Radelchi, ſeù Adelgiſo Beneuent. Principe VIII. perſuaſione Baſilij Conſtantinopolitani Imperatoris litteris Ludouici offenſi anno ſuperiori ad eum miſſis, proditus Saracenis, à quibus eſt in carcere detruſus, nec inde exemptus, donec fortiſſimis ſit iuramentis pollicitus ſeruare, quæ ipſi pacta obtulerunt ſeruanda. *c* Quod nonnullis ex cauſis Herempertus in m.ſ.Chronico pag.163. affert tale opprobrium permiſiſſe Deum dicto Auguſto à Beneuentanis inferri, inter quas aſſignat, quòd cùm Nicolaus Papa I. eo Romam veniente, ſecundùm antiquum morem Imperatori obuiam venit cum candido ſacerdotali agmine: At ille ſpreto timore Dei, fuſtibus Clerum cedendum juſſit, Cruces verò, omniaq; ſancta myſteria pedibus calcanda, Pontificemq; ipſum quaſi vile mancipium ab officio ſui myni-

c Leo Hoſt.ibid. lib.1.c.38. Baron. eod.an. lil.D. Lup.Protaſpat. eod.ann.

myniſterij, niſi Dominus reſtitiſſet, priuari voluit, & quia capta Bari Seodam omniū flagioſiſſimum, non iuxta voluntatem Domini protinus, vt dignum erat, crudeliter interfici fecerit. quod etiam refert Baron. in peædicto anno.

Imperator Ludouicus, è carcerrbus exemptus Romam venit, ibiq; conuentum celebrans coram Summo Pontifice Ioanne VIII. de prædicto opprobrio, ac de Adelgiſo, ſeù Radelchi tyrannide conqueſtus eſt, tunc à Romanorum Senatu idem Adelgis tyrannus, atq; hoſtis Reipublicæ eſt declaratus, bellumq; aduerſus eum decretum. Ioannes Pontifex à iuramento, quo ſe obligauerat, abſoluit, affirmans nihil obeſſe, quòd ad mortis periculum euadendum coactus fecerat, nec Sacramentum eſſe dicendum, quod contra ſalutem Reipublicæ fuerit prolatum. His adhortationibus Ludouici animus ad certamina prouocatur; Adelgiſus colligens bellum aduerſus ſe ſummis viribus parari, hoſtemq; ac Tyrannum denunciatum eſſe, ſuæ nequitiæ conſcius, metu perterritus, & ſpem vitæ in fuga ponens, in Corſicam Inſulam ſeceſſit, ibiq; ad tempus latuit. Sed Ioannes Pontifex Aldegiſi Compater ipſum Ludouico conciliat hoc eodem anno, refert Baron. in ann. 873. lit. D.

AYO Epiſcopus XLIV. qui anno Domini 875. libere conceſſit Monaſterio S. Modeſti, quòd in noua Beneuentana Vrbe ſitum eſt, nonnullas Eccleſias quas exemptas declarauit ab omni alia iuriſdictione. *a*

Ann. 877. Radelchis, ſeù Adelgis Princeps VIII.

H im-

a Ex Archiuio Monaſt. S. Modeſti in ſaccul. Priuileg.

Anno Domini 791. Giſulſus ex nobiliſſima Beneuentanorum Ducum proſapia originem ducens fuit ordinatus Abbas Caſinenſis , narrat Leo Hoſt. ibid.cap.19.

Anno Dom.800. Leone Papa III. Carolus Magnus Romæ degens Pipinũ Regẽ filium Beneuentũ expediuit ob non ſeruata ſibi promiſſa à Grimoaldo Principe II. quando è Gallia fuit dimiſſus , quod fruſtra multis mẽſibus oppugnatum, & Beneuentanorum virtute defenſum, dereliquit, ſuamque rabiem contra Theatum extinxit, vi enim captum, depopulatus eſt, & ſolo æquauit. *g* De eo Herempertus in ſuo Chronico m.ſ.pag.145.ſic ſcribit, *Factum eſt, vt Pipino regnante Ticini , & Grimoaldo Beneuenti, frequentiſſimo bello Pipinus Beneuentanos vexarit , ita vt nec ad momentum pax interfuit illis viuentibus, erat enim vterq; iuuenili ætate feruens, & ad bella procliuis. Pipinus autem fultus auxilio bellatorum iurgijs, continuoq; bello Grimoaldum exagitabat. Grimoaldus verò, & Ciuitatibus munitis, & primatibus quamplurimis conſtipatus paruipendens , ac deſpectui ducens illius perſequutionem in nullo cedebat.* Hæc ille.

g Ammirat. in vita Grimoal.

Anno Dom. 807. circiter Grimoaldus Princeps diem ſuum clauſit extremum, & cum filios non haberet , fuit ad Principatum euectus eius Theſaurarius , qui etiam vocabatur Grimoaldus quartus huius nominis , & Princeps III. Vir ſatis mitis , & adeò ſuauis, vt non ſolùm cum Gallis, verùm etiam cum vniuerſis circumquaq; gentibus pacis inierit fœdus, & Neapolitanis gratiam, pacemq; donauit. *h*

h Herempertus in m. ſ. Chron. pag. 145.

Sed

Sed reuolutis deinde annis, Neapolitani intra eorũ mœnia receperunt Dauferium virum ſpectabilem Beneuentanum, qui contra Principis Grimoaldi vitam machinauerat, ex quo Princeps indignatus, cõgregato ſuo exercitu Neapolim adiuit, & iuxta Ciuitatem applicuit, ſed continuò Neapolitani audaciter in prælium exierunt, contra quos ita Princeps inſurrexit, vt tantam deniq; ſtragem hoſtium mari, terraq; fecit, vt fretum adiacens vix per ſeptem, & eo amplius dies cruore occiſorum purgaretur, & pauciſſimi homines in ipſa acie ſuperuixerunt. Dauferius vnà cum Duce, qui tũc ibi prȩerat, fuga elapſi, incolumes intra Vrbis mœnia ſe receperunt, eoſq; Princeps Grimoaldus vſque ad Portam, quæ Capuana dicitur, inſecutus eſt. reuerſo igitur Grimoaldus ad Caſtra cũ Exercitu ſuo incolumi; altero die compoſitis differẽtijs, pro faſtigio ſumpto, & pro detentis affinibus; dictus profuga Dux dedit in xenium octomilia aureorum ſupradicto Principi, & Dauferium in eius priſtinam reduxit gratiam. *i*

i *Heremperius ibid. pag.* 146.

Ann. Dom. 817. Grimoaldus Princeps fuit à Radelchi Comite Compſano ſub dolo extinctus, atq; ei Sico ſubſtitutus, qui cùm Francis fœdus innouauit. *K*

K *Leo Hoſt. lib.* 1. *c.* 19. *Heremper. ibid. pag.* 147.

Eodem anno Guaſtaldeus Beneuentanus fecit Hoſpitale iuxta Beneuẽtum de proprijs bonis ſuis, eiq; omnia ſua obtulit, conſtituitq; illud ſub Monaſterio Caſinenſi.

Perinde tempus Tranſemundus nobilis Beneuẽtanus obtulit eidem Monaſterio diuitias multas, narrat Leo Hoſtenſ. in lib. 1. cap. 18.

GVCTVS Epiſcopus XXXIX. Eugenio Papa II. anno Domini 825.circiter, qua tempeſtate Sico Princeps IV.Beneuent. magno exercitu Neapolim properauit, eamq; foris conſtrictã incendijs vaſtauit,quæ tamen obſeſſa cum Beneuentanorum Exercitu concertauit. At Vrſus Electus Neapolitanus Principem eſt deprecatus, ne vltra malum ſerperit, Chriſtianorumq; ſanguis effunderetur;Paruit generoſus Princeps, Neapolitanis pacem concedendo cum pacto de tributo ſoluendo ſingulis annis, quod ipſemet Neapolitanorum Dux cum vniuerſo ferè Populo ſub terribili, fortiſſimoq; iuramento per publicas ſcripturas adiurauit. Princeps verò Corpus S.Ianuarij Martyris, ciuis, & Epiſcopi Beneuentani glorioſiſſimi inde Beneuentũ aſportauit, *a* & à Gutcto (ſiuè Anonymo, vt alij ſcribunt) Epiſcopo, Beneuentaniſq; omnibus omni glorię apparatu ſuſceptum,& in veteri Cathedrali,quæ Hieruſalem appellabatur,vbi antiqui Epiſcopi,& ipſe S.Ianuarius aliquando reſedit,cum Sãctis Martyribus Feſto,& Deſiderio honorificè collocauit die 23. Octobris, quæ dies ad hæc vſque tempora colitur. *b* cum octaua, *c* Qua tempeſtate Sico Princeps tres ſuas filias nuptui tradidit tribus Nobilibus Beneuentanis, vnam Maxeio nobiliſs.viri Azonis filio, cuius nomen Siclenda fuit; aliam Vrſi filio;tertiam Rademundo copulauit,quarum duarum nomen non habemus. *d*

a *Heremper. in ſuo Chron.m.ſ. pag.37.& 148. Platin.a in vit. Eug.p.2. Leo Hoſt. lib.1. c.19.*

b *Ex Biblioth. Beneu. in Cod. m.ſ.litt. Lõgob. de geſt.SS.p.2. pag.103.*

c *Ex ead. Bibl. in martyrolog. m.ſ.antiq.ſign. n. 178.*

d *Heremper tus ibid.pag.36.*

Nouam verò Eccleſiam in honorem Deiparæ, quæ hodie Metropolitana dicitur, fuit ab eodem Principe Sicone ampliata ann.Dom.829.Gregorio IV.Summo Pontifice. *e*

e *Herempertus ibid.*

Anno

Digitized by Google

Anno 832. Sico vita exemptus eſt, poſt cuius obitum eius filius Sicardus ad Principatum fuit exaltatus,& Princeps V. extitit. *f*

f Herẽpert. ibid. pag. 39.

Anno Domrni 836. Neapolitani pactum tributum cum Sicone Principe demortuo ſoluere retractantes, Sicardus Princeps cum toto ſui Principatus Exercitu agreſſus eſt, Vrbemq; Neapolitanam tres menſes obſidione vallauit, atq; ex omni circumdatam parte fortiter expugnauit, omnia extra Vrbem ferro,& igne deuaſtans; At tandẽ Princeps ad preces cuiuſdam Religioſi Monachi pro Ciuibus ſuis ante ipſum proſtrati veniam poſcentis, necnon ad perſuaſionem Roffrit viri ſtrenuiſſimi Beneuentani pacem eis dedit cùm obligatione de tributo ſoluendo. *g* Qui Princeps non multum poſt, Calabriam, Apuliamq; virtute eiuſdem Illuſtris viri Roffrit ſub iure ſui Principatus obtinuit. *h* Et omnibus circumuicinis ſibi ſubactis, Surrentum inſtructa acie inuadens, vndiq; bellicis inſtrumenris, ac machinis vaſtabat, interea pauidi Ciues in Templum de more collecti, Dei, Sanctorumq; clementiam non ſine maximo eiulatu expetebant; Cùm ecce pila murali bombo emiſſa Templum Beatiſſimi Antonini concuſſit quidem; non tamen excuſſit. Et licet tali ictu læti hoſtes ingentem pro aditu ruinam ſibi factam credentes, mirè percuſſam sẽſiſſent, cęco tamen impetu ad repetendos vehementius ictus abrepti, obdormiuere, præliumq; nox repentè diremit. Et Ducem in ſomnis ità Sanctiſſimus Antoninus eſt alloquutus. *Tunc Sanctorum oſſa exturbare, viſoq; pilæ miraculo adhuc perſeuerare auſus es Reſpice ergò tandem*

g Herẽper. ibid.

h Heremp. ibid. pag. 42.

dem hoc meo flagello correctus, ne ſæuiora malis expectare ſupplicia. Hactenus ille; virgaq; elata non ſine dolore, & liuore terq; quaterq; tergum percuſſit. Excitatus Dux viſa incredulis referens, ictuumq; quoq; veſtigia patefecit, neq; adeo alijs diſceſſum ſtatim cogitantibus; Ecce Nuncij è Beneuentana Ciuitate; Herilem Ducis filiam horrenda pati, atq; à dęmone ita vexari, vt proprios mordicus arctus dilaniet, omneſq; fugiat, retulere; Eademq; hora pridie arreptam eſſe compertum eſt, qua ſancti viri tumulum æneo tormento concutere non dubitarunt. Omnes his exterrefacti Milites ſtatim Caſtra mouerunt, Beneuentumq; ſe receperunt. Duxq; pœnitentia ductus filiam precioſiſſimis indutam veſtibus auro, gemmiſq; contextis ſuppliciter ad tubam Diui Antonini, quam prius audacter violare tentarat, non fruſtra dimiſit, veniã ſibi, filiæq; libertatem piè impetraturus. Namq; eorum præces minimè aſpernatus B. Antoninus dęmonem ſubitò effugauit, eamq; rationis compotem reddidit. Hæc omnia ſuum dilata ornamenta vnà cum ligno Sanctæ Crucis auro, gemmiſque incluſo Patris iuſſu faciens grato animo ſuo liberatori donauit, lætaque ad Patrem remeauit. *i*

i Ex geſtis S. Antonini, quæ Surrenti habitur.

Eadem tempeſtate Princeps Sicardus Gualdum, qui Martoranus vocatur, Caſinẽſi Monaſterio conceſſit. *K*

K Leo Hoſt. ibid. lib. 1. cap. 22.

VRSVS electus Epiſcopus XXXX. eodem Pontifice Gregorio IV. Quo Præſule Principis Sicardi pietate, ac diligentia Corpus glorioſiſſimi Apoſtoli Bartolomæi fuit ex Lipari Inſula Beneuentum trãſ-

latum,

Digitized by Google

latũ,& à Beneuentanis magno cũ gloriæ apparatu, receptũ, & inter eorũ protectores aſcriptus an.Do. 839.die 25.Octob.& in Eccleſia Beatiſſimæ Virginis,quæ hodie Metropolitana eſt, honorificè collocatum. *a* Quæ tranſlationis dies quotannis cum octaua,& Synodo Litaniarum colitur. Sub quo Antiſtite Vrſo Corpora Sanctorum Felicitatis, & filiorum è Ciuitate Aliſæ à Sicardo Principe Beneuentum delata fuere, & in prædicta Eccleſia collocata. *b* Nec non Corpora Sanctorum Epiſcoporum Deodati,& Marciani,quæ in proprijs eorum Eccleſijs ſepulta erant, ſcilicet, Primum Nolæ, quod in Eccleſia eius nomine dicata à Tato, & Taſo nobilibus Beneuentanis. *c* collocauit, & ſecundum Frequẽtinæ in eadem prædicta Beatiſſimæ Virginis Eccleſia inuexit. *d* Hoc eodem ann.839. Princeps Sicardus à ſuis extinctus fuit, & ad Principatũ aſſumptus Radelchis demortui Principis Theſaurarius omnis Beneuentanæ Prouinciæ conſenſu, quòd vir eſſet blandis,ac bonis moribus pollens. *e*

Eccleſiam in Apoſtoli Bartolomæi honorem à Principe Sicardo inceptam.Epiſcopus noſter Vrſus perfecit, & dicauit. *f*

Anno Dom.842. ortis differentijs ob Principatũ Beneuentanum inter Radelchem, & Sinocolphum demortui Principis Siconis filium, totam Siconolphi regionem Radelchis deuaſtauit, Capuamque vniuerſam in cinerem redegit. *g*

IOANNES III.Epiſcopus XLI.cui Carolus II. Caroli Magni nepos confirmauit priuilegia conceſſa à Regibus, & Reginis Eccleſiæ Beneuentanæ,

nec

a *Heremp.ibid. pag.46. Hoſtien.ibid.li. 1.c.23.* *Bar.in an.840. lit.C.* *Ex Bibliot.Ben. de geſt.SS.p.2. pag.107.in m. ſ.Cod. antiq.*

b *Ex Monaſtr. S. Victorini in eod.m.ſ. lit.Lõgob.de tranſlat. ipſorum SS.*

c *Ex ead.Bibli. ibid.de geſt.SS. p.pag.149.*

d *Ibi. pag.134*

e *Heremp.ibid. pag.49.& 150. Hoſtie.ibid.lib. 1.c.26.*

f *Ex Bibl. Ben. ibid. p.1.pag. 135.*

g *Leo Hoſt.ibid. Sigon. de Reg. Ital.in an.835.*

Digitized by Google

nec non donationes quorumcunq; bonorum ab eiſdem factas,&c. Sub datum Capuæ anno Dom.845. 11.Kal.Aprilis ann.18.& 14.Regni ſui. *a*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Friuil. n.*13.

Ann. 847. fuit per vniuerſam Beneuenti Regionem tàm ingens terremotus, vt, & ædificia multa à fundamentis corruerint, & homines innumeri interierint. *b* Quibus calamitatibus acceſſit, quod non multum poſt incaluerunt bella orta ob Principatum Beneuentanum inter Radelchem, & Sinocolphum, adeò vt ferè tota Italia vexaretur, & id propterea Ludouicus II. Imperator ad Longobardorum ſupplicationem (qui nedum à prædictis diſſentionibus, verùm etiam à Saracenis oppreſſi reperiebãtur) Beneuentum venit, & à Radelchio, Beneuentaniſque omnibus honorificè receptus, Saracenos omnes in poteſtatem Ciuium adduxit, quos in vigilijs Pentecoſtes ad vnum extra Vrbis mœnia iugulandos iuſſit, inter quos Maſſan etiam illorum Dux capite cæſus eſt. Mox congregatis Longobardis omnibus totam Beneuentanam Prouinciam inter Radelchem, & Sinocolphum æquo diſcrimine eſt partitus anno Domini 849. ſicq; poſt dies paucos Imperator ad ſua eſt reuerſus. *c* Mortuo Radelchi Principe VI. Redelgarius eius filius Principatum obtinuit anno circiter 850. vir planè fortis,animoq; pacificus,nec non, & corporis ſorma cunctis gratus. *d* Qui cùm Saracenorum incurſibus multum præmeretur, accito Lothario Francorum Rege, vt in eius auxilium armato Milite veniret,quod & factum eſt, & eorum furorem depreſſit,eoſq; fugauit. *e*

b *Leo Hoſt. lib.* 1.*c*.27.

c *Leo Hoſt.ibid. c.*28. *Herempe. ibid. pag.*153.

d *Herem. ibid.*

e *Herémp.ibid. pag.*68. *& ſeq. Ammirat. in vit.ipſius lit.D.*

An.Dom.853.Redelgarius obijt,eiq; ſucceſſit Radel-

Digitized by Google

delchis, ſiuè Adelgis frater eius, Princepſq; VIII. extitit, vir quippè mitiſſimus, & amabilis, tantæque manſuetudinis, vt etiam ab exteris diligeretur. *f*

Anno Dom. 856. Sodoam Saracenorum Rex nequiſſimus totam terram Beneuẽtanam igne, gladijs, & captiuitate crudeliter deuaſtauit, ita vt non remaneret in ea aliquis, nec vllus locus, præter Vrbes præcipuas, qui illius efferitatem euaderet, quamobrem, & Gallorum exercitus crebrius adueniens ad eorum furorem opprimendum, nihilq; proficiſcens; viam, qua venerat, repetebat. Vnde factum eſt, vt Adelgis Beneuenti Princeps coactus, penſione, & obſidibus pacem confirmaret. *g*

CAROLVS Epiſcopus XLII. *a* tempus, quo præerat, ignoratur, ideò quaſi diuinando, ipſum collocauimus ſub hoc anno Domini 866. Quo anno Saraceni Beneuẽtanam Regionem inuaſerunt, omnia cædibus, rapinis, incendijs, deuaſtantes, aduerſus quos Ludouicus II. Imperator ingenti comparato Exercitu Apuliam petit, quam iam ante occuparant, at primo congreſſu ſuperatus, poſt ingentem de illis victoriam retulit, potitus etiam eorũ Caſtris. Indeq; Barim Ciuitatem contendens; quatuor annis obſeſſam cœpit, captoq; in eo Sodoam effero Rege cum nonnullis ex Saracenis, quos trucidauit, *b* præter ipſum Sodoam omnium hominum flagitioſiſſimum, ob quod iuſtitiæ defectum nonnulla mala deinceps Auguſto irruerunt, narrat Herempert. in ſuo m. ſ. Chronico pag. 163. relatus à Baron. in Ann. 872. Qui Imperator ex Apulia victor rediens, Beneuentum aduenit. *c* Qua tempeſtate Ludouico Imperante, &

f *Heremp. ibid. pag. 154. Ammirat. in vita ipſius lit B.*

g *Heremp. ibid. pag. 188.*

a *Ex Bibl. Ben. in Cod. m. ſ. litt. Longob. diuerſ. geſtorũ pag. 17.*

b *Heremp. ibid. pag. 161. Hoſt. lib. 1. c. 38. Baron. eod. ann. lit. B.*

c *Lupus Protoſpata in ſuo Chron. eod. an. Heremper. ibid. pag. 160. Hoſtien. ibid.*

myniſterij, niſi Dominus reſtitiſſet, priuari voluit, & quia capta Bari Seodam omniũ flagioſiſſimum, non iuxta voluntatem Domini protinus, vt dignum erat, crudeliter interfici fecerit. quod etiam refert Baron. in peædicto anno.

Imperator Ludouicus, è carcerrbus exemptus Romam venit, ibiq; conuentum celebrans coram Summo Pontifice Ioanne VIII. de prædicto opprobrio, ac de Adelgiſo, ſeù Radelchi tyrannide conqueſtus eſt, tunc à Romanorum Senatu idem Adelgis tyrannus, atq; hoſtis Reipublicæ eſt declaratus, bellumq; aduerſus eum decretum. Ioannes Pontifex à iuramento, quo ſe obligauerat, abſoluit, affirmans nihil obeſſe, quòd ad mortis periculum euadendum coactus fecerat, nec Sacramentum eſſe dicendum, quod contra ſalutem Reipublicæ fuerit prolatum. His adhortationibus Ludouici animus ad certamina prouocatur; Adelgiſus colligens bellum aduerſus ſe ſummis viribus parari, hoſtemq; ac Tyrannum denunciatum eſſe, ſuæ nequitiæ conſcius, metu perterritus, & ſpem vitæ in fuga ponens, in Corſicam Inſulam ſeceſſit, ibiq; ad tempus latuit. Sed Ioannes Pontifex Aldegiſi Compater ipſum Ludouico conciliat hoc eodem anno, refert Baron. in ann. 873. lit. D.

AYO Epiſcopus XLIV. qui anno Domini 875. libere conceſſit Monaſterio S. Modeſti, quòd in noua Beneuentana Vrbe ſitum eſt, nonnullas Eccleſias quas exemptas declarauit ab omni alia iuriſdictione. *a*

a Ex Archiuio Monaſt. S. Modeſti in ſaccul. Priuileg.

Ann. 877. Radelchis, ſeù Adelgis Princeps VIII.

impiorum Nepotum, amicorumq; ſuorum coniuratione necatus, & Gaideris filius Redelgari extincti Principis Nepos in Principatus dignitatem aſſumitur,& nouus Princeps extitit. *b*

b *Heremp.ibid. pag.164. Ammira.in vita ipſius Princ. lit.C.*

Hoc eodem anno ſunt literę Ioannis Pap. VIII. Ayoni Epiſcopo Beneuent.vt Neapolitanos,corũq; Ducem Sergium moneat,vt reſipiſcant ab errore, cuius cauſa excommunicationis nexibus fuerant ligati, & vt parere velint Pontifici ſalubria ſuadenti, refert Baronius hoc eod.ann.lit. A.

Anno 889. amoto Gaiderio, in Principem ſublimatur Radelchis III huius nominis, Radelchi II.filius, qui fuit X. Princeps Beneuentanns, & tribus vix annis imperauit à Beneuentanis eiectus anno Domini 892.circiter, & ad Principatum fuit exaltatus Ayo eius frater Princeps XI. numeratus, refert Herempertus in ſuo Chronico m. ſ. pagina 168. & Ammiratus in vita ipſiuſmet Principis lit. D. Gaideris verò vt ſupra amotus, Francis traditus in cuſtodiam,fuga elapſus, peruenit ad Vrbem Barenſẽ, in qua morabantur Græci, à quibus miſſus eſt ad Vrbem Regiam,Baſilio Pio Auguſto, à quo honoratus, ditatuſq; donis Imperialibus, Oriam Vrbem accepit ad conuiuendum,narrat Herempert. ibid.

CONSERVATVS Epiſcopus XLV. Formoſo Pontifice Eccleſiæ Beneuentanæ præerat ann. Domini 886. *a* Qua tempeſtate Ayon Princeps ſumpta occaſione ex morte Baſilij Imperatoris Conſtantinopolitani (cui in Imperio ſucceſſit Leo eius filius) effecit, vt pars ſui ſtatus ab eius fidelitate ſubtraxerit, quam iniuriam cùm Leo per annos aliquot

a *Ex Bibl.Ben. in faſc. Priuil. nu.16.*

qnot

quot diſſimulaſſet; Tandem ann. Domini 891. Simbaticium Patricium cum ingenti Exercitu in Italiã mittit, Beneuentumq; trium menſium obſidione in ſuam poteſtatem vi, armiſq; ſubegit, vbi Principatus authoritatem Simbaticius exercuit. *b*

Ann. 892. ſubſequuta eſt concrematio ferè mediæ Ciuitatis Beneuent. ab Eccleſia S. Renati ſurſum (quæ extat propè Portam Sanctiſſimæ Annunciationis hodie dicata) vſque ad Portam Auream. *c*

Ann. 893. Coſmus Anthius Protopatricius, & Baſilius Protonotarius Conſtantinopolitani Imperatoris, conceſſerunt conſeruato Epiſcopo Beneuẽtano omnia ſuæ Eccleſiæ pertinentia, & ſub poteſtate ſui Epiſcopatus redegerunt, prætèr Eccleſiam S. Angeli, quam diſpoſitioni Imperatoris reſeruarunt, &c. vt per bullam plumbo ſignatam Mẽſe Ianuario anno 893. indict. 11. *d*

PETRVS Epiſcopus XLVI. Formoſo Pontifice anno Domini 894. *a* Quo anno Gregorius Patricius ſucceſſit Simbaticio in adminiſtratione Beneuentani Principatus. *b* Poſt annos tres, & menſes nouem circiter, Guido Lõgobardus, & Marcheſius, pulſis Græcis, Vrbem Beneuentanam recuperarunt anno Domini circitèr 898. Stephano Papa VII. dicto VI. & ipſius Principatũ tenuit ferè annos duos, *c* Poſt quem Radelchis Princeps retro iam annis expulſus; reſtitutus. *d*. At cũ Radelchis Princeps acritèr Beneuentanos opprimeret, nonnulli Patriam reliquerunt, alios Princeps eiecit, aliosq; in exilium miſit, ex quo factum eſt, vt prædicti nocte quadam Beneuentum ingreſſi, Palatium aſcenderint, Radelchi-

b *Leo Hoſt. lib. 1. c. 48. Ammirat. de Imper. Græc. Bene. lit. A.*
c *Herem. ibid. pag. 199.*
d *Ex Bib. Ben. in faſc. Priuil. nu. 22.*
a *Herempter. in Chron. m. ſ. pag. 109.*
b *Leo Hoſt. lib. 1. c. 52. in antiq. Ammirat. de imper. Græc. Beneuen. lit. A.*
c *Platin. in vita Stephan. VI. dicto VII. Leo, & Ammir. & Herem. ibid.*
d *Heremp. ibid. pag. 3. & 202. Ammir. ibid.*

chiſium Principem comprehenderint, & ipſius Ciuitatis Principatum in Athenolphum Capuanum Comitem detulerint ann. Dom. 899. *e* Cuius ſucceſſores Capuæ ſimiliter Principes extitere, & fuit primuus Princeps Beneuentanus, & Capuanus. *f*

e *Heremp. ibid. pag.* 119. *& ſeq.*

f *Ammir. ibid.*

Epiſcopus Petrus, vt Patriæ libertatem vindicaret electo tempore, quo Athenolfus aberat, pleroſq; Beneuentanos induxit, vt ſibi ſeruitutem, & fidelitatem iurarent. Verùm Athenolpho in Vrbem armato milite redeunte, eſt exulare coactus, quod id non ambitione, ſed pietate tentaret, ex eo facilè cõijci poteſt, quod laicum hæredem haberet nullum, refert Heremperr. in ſuo m. ſ. Chronico pag. 120.

Ann. Domini 914. Athenolphus obijt, & Principatum obtinuerunt Athenolphus II. & Landulphus eius filij, & Principes Secundi Beneuentani, & Capuani extitere. *g*

g *Heremp. ibid. pag.* 126. *Ammir. in vita ipſorũ Princip. litt. D.*

VALDEFIDVS Epiſcopus XLVII. *a* Tempus regiminis omnino incertũ, putatur tamen inter ann. Domini 930. circiter in humanis fuiſſe. Quo anno Saraceni ad Garganũ ſedentes Appulis, Calabriſq; noua incurſione vaſtatis, Beneuentum Vrbem obſident, ſpoliatamq; incendunt, quibus vltra progredi, vt Romanos fines inuaderent parantibus; Romani ſuaſionibus, & impulſu Ioannis Pap. X. adducti, Guidonem Comitem præficiunt, qui tumultuario, delectu habito, in Barbaros Exercitum duxit, eoſq; ſuperauit, & ad propria redire coegit. *b*

a *Ex Bibl. Ben. in m. ſ. Cod. diuerſorũ negot. pag.* 30.

Ann. 939. Innumerabiles Hungari ſupra Beneuentum venientes, omnia in circuitu ipſius ſunt deprædati, refert Hoſtien. in ſuo Chron. Caſinen. lib. 1. c. 56.

b *Artamannus Schedel in Chr. vniuerſali ſub ſexta ętate pag.* 176. *Blon. Hoſt. lib.* 13.

Digitized by Google

IOANNES V. Epiſcopus XLVIII. ad quem sũt litteræ Marini Papæ II. de Anno Domini 944. Cõfirmationis ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus in perpetuum earundem Eccleſiarum, de quibus ſupra, v3. Sipontinæ Montis Gargani, ac etiam Bouinenſis, Aſculanenſis, & Larinenſis. huius tenoris.

MARINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectiſſimo, atq; merito honorabili Ioanni S. Beneuentanæ Eccleſię Epiſcopo, tuiſq; ſucceſſoribus in perpetuum. Cùm ſummæ, & Apoſtolicæ dignitatis Chriſti in hoc diuini præfertur nitore dignoſcatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus ſuis, inpenſius ſtudeat laboris exhibere certamen, ob debita nos eiuſdem Apoſtolicæ paſtoralis compulit ſollicitudinis cura, quæque ad ſtabilitatem piorum locorum promulgari, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura confirmari. Igitur quia poſtulaſti à nobis quatenus S. Sedis Apoſtolicæ decoraretur, & antiquos terminos eidem conceſſos ab anteceſſoribus noſtris, Pontificibus confirmaremus, pijs tuis deſiderijs fauentes, hac noſtra authoritate id, quod expoſcitur, effectum mancipamus; concedentes tibi, tuæq; S. Beneuẽtanæ Eccleſiæ, quæcunq; legaliter, et rationabiliter antiquo iure tempore prædeceſſorum tuorũ viſa eſt poſſidere, ideſt Biuinum, Aſculum, Larinum, Sipontum, & Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano cum omnibus earum pertinentijs, & omnia prædia cum Eccleſijs, familijs vtriuſq; ſexus, & maſſis, totaq; infra tua parrochia loca, ditione antiqua tuæ Religioni, ſucceſſoribuſq; tuis concedimus dominanda, & legaliter, atque canonicè diſponenda, cum omnibus ſuis pertinentijs, ſiuè ſint Ciuitates, ſeù quecunq; Caſtra poſ-

Ex Biblio. Ben. in faſc. Paiuil. nu. 4.

Digitized by Google

poſſeſſa dudum ab anteceſſoribus tuis Epiſcopis conſtituta, ſiquidem inſuper cenſura ſub diuini iudicij obteſtatione, & validis, atque atrocioribus anathematis interdictionibus, vt nullus nunquam alterius dignitatis poteſtate præditus homo preſumat, ſiuè ſit illa magna, ſiuè parua perſona, aut Græcus in prædicta tua Sancta Beneuentana Eccleſia aliquam vim facere, vel de ijs, quæ ei pertinere videntur, quoquo modo auferre, aut alienare, vel eis minuere terminos, & nec quamlibet malitiam, aut fracturam, moleſtiam in eadem inferre quocunq; tempore, nec licentia ſit, vt dictum eſt ex eo, vel omnibus eidem pertinentibus nunquã magnæ paruæq; perſonæ auferre, vt præfato iuxta id, quod à nobis ſtatutum eſt, eadem venerabilis Sancta Beneuentana Eccleſia Apoſtolicis cõſtitutionibus, atque priuilegijs conſiſtens ornata inconcuſſa dotata permaneat; ſiquis autem, quod non optamus nefario auſu præſumpſerit hæc, quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate iam dictæ Eccleſiæ Beneuentanæ ſtatuta ſunt refragare, aut in quoquam trãſgredi, ſiuè Gręcus ſit, ſeù quicunque alter homo, qui dominationem, aut primatum habere voluerit per ſe, aut per alterum quemlibet hominem in præfatis Ecclesijs, ſiuè voluntati, & iuſſione Beneuentani Epiſcopi, & illi, qui eos fortaſſe recipere præſumpſerint, omnes pariter ſub eodem noſtro Apoſtolico, & deſcripto inuiolabili anathemate permaneant, & in nullam Eccleſiam intrare præſumant, aut aliquod officium Eccleſiaſticum faciant, at non qui pio intuitu obſeruator, & in omnibus exiſtit cuſtodiens huius noſtri Apoſtolici conſtituti ad cultum Dei reſpiciens, benedictionis gratiam à miſericor-

ricordiſſimo Deo noſtro multipliciter conſequantur, & vitæ æternæ particeps effici mereãtur, ſcriptum per manus Stephani Scrimarij S. R. E. in menſe Octobris, inditione 2. Bene valete. Datum 3. idus Nouembris per manum Nicolai Primicerij Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, Anno Dimini propitio Pontificatus Domini noſtri Marini Summi Pontificis, & Vniuerſalis iunioris Papæ in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli 2. in menſe, & indit. ſupraſcripta 2.

Anno 946. Sunt litteræ Agapiti Pap. ad Leonem Presbyterum, & Monachum, & Benedictum æquè Presbyterũ intruſos Epiſcopos in Ciuitatibus Triuentina, & Termulenſe (ad inſtantiam eiuſd. Ioannis Epiſcopi Beneuent. expeditæ) quibus præcipit, vt deſiſtant illas Eccleſias occupatas tenere declarãdo, non ſolùm eas, ſed omnes alias in Beneuentano Principatu poſitas; ad Epiſcopum Beneuentanum ſpectare, &c. Datum.......... Pontificatus ſui anno primo indict. 4. Quæ regiſtratæ leguntur in ead. Biblioth. in eod. faſc. n. 2.

Anno eod. 946. Athenulphus Princeps Beneuẽtanus ad meliorem migrauit vitam, & ad Principatũ fuit exaltatus Landolphus, qui cùm regnaſſet annos quatuor circiter, eſt vita functus anno 950. & habuit ſucceſſorem Pandolphũ IV. eius filium vocatũ Caporreũ Principem III. Beneuentanũ, & Capuanũ. Narrat Herempert. in præcitato Chronico m. ſ. pag. 126. & Ammiratus in vita ipſius Principis lit. E.

Hac eadem tempeſtate fuit per Epiſcopum noſtrum Ioannem à collabente Eccleſia Montis Virgiliaci Corpus S. Vitaliani Epiſcopi Capuani Beneuen-

neuentum translatum, & in Eccleſia S. Mariæ Virginis, quæ hodie Cathedralis eſt, honorificè collocatum. Ex ead. Biblioth. Beneuent. in legenda Sanctorum m.ſ.p. 1.pag. 176.

VINCENTIVS electus Epiſcopus XLIX. Eccleſiã Beneuentanam regebat Agapito Pap. II. anno Domini 954. *a* Quo anno incaleſcente fama miraculorum, mirèq; translationis glorioſiſſimi Apoſtoli, & Euangeliſtæ Matthæi Salerni. Pandolphus Beneuẽtanus Princeps Legatos ad Bernardum Epiſcopum, & Giſulphum Salerni Principem tranſmiſit: vt partem aliquam ſibi tanti cœleſtis theſauri impetrando, non minus amicitiæ, & affinitatis vinculis, quàm communis S. Tutelaris Patrocinio poſthæc colligarentur. Quare dexterum S. Apoſtoli bracchium maxima cum Epiſcopi, & Principis benignitate impetratum, & cum maiori Beneuentanorum ciuium tripudio, & lætitia exceptũ. Epiſcopus, Princeps, cunctiq; Beneuentani cum lampadibus, omniq; gloriæ ornatu obuiam exierunt; cum hymnis, & laudibus illud in Cathedralem introducentes, honorificèque collocarunt. *b*

a Ex ead. Bibl. in faſc. 1. ſcrip. antiq. n. 1.

b Paul. Regius Epiſ. Vici æqu. in Hiſt. lib. 2. in vit. S. Matthæi Apoſt. c. 15.

LANDVLPHVS Epiſcopus L. ad quem ſunt litteræ Ioannis Pap. XII. anno Domini 957. Confirmationis earundem Eccleſiarum, de quibus ſupra huiuſmodi litteris Apoſtolicis.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Reuerendiſſimo, & Sanctiſſimo Landulpho Sanctæ Beneuẽtanæ Eccleſiæ Epiſcopo, eiuſq; ſucceſſoribus in perpetuum. Cùm ſummæ, & Apoſtolicæ dignitatis Apex in hoc diuini præfertur nitore dignoſcatur perfulgere, &

b Ex. Bibl. Ben. in faſc. Priuil. nu. 5.

in

in exercendis Dei laudibus ſuis inpentiùs ſtudeat laboris exhibere certamen, ob hoc debita, nos eiuſdem Apoſtolicę paſtoralis compulſit ſollicitudinis cura, quiquè ad habilitatem piorum locorum promulgari, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura confirmari. Igitur quia poſtulaſti à nobis quatenus Sancta Beneuentana Eccleſia, cui (Deo fauente) preces priuilegijs S. Sedis Apoſtolicæ decorantur, & antiquos terminos eidem conceſſos ab anteceſſoribus noſtris Pontificibus confirmaremus pijs tuis deſiderijs fauentes, ac noſtra auctoritate id quod expoſcitur, effectum mancipamus, concedentes tibi, tuæq; Sanctæ Beneuentanæ Eccleſiæ quæcunque legaliter, & rationabiliter antiquo iure tempore prædeceſſorum tuorum viſa eſt poſſidere, ideſt Biuinum, Aſculum, Larinum, Sipontum, & Eccleſia S. Michaelis Arcangeli in Montegargano cum omnibus earum pertinentijs, & omnia prædia cum Eccleſiaſticis familijs vtriuſq; ſexus, & maſſis, totaq; infra tuã parrochia loca ditioni antiqua tuæ Religioni, ſucceſſoribuſq; tuis concedimus dominanda, & legaliter atq; canonicè diſponenda cum omnibus ſuis pertinentijs, ſiuè ſint Ciuitates, ſiuè quęcunque Caſtra poſſeſſa dudũ ab anteceſſoribus tuis Epiſcopis, cenſentes ſiquidem inſuper Apoſtolica cenſura ſub diuini iudicij obteſtatione, & validis, atq; atrocioribus anathematis interdictionibus, vt nullus nunquam alicuius dignitatis poteſtate prȩditus homo præſumat, ſiuè ſit illa magna, ſiuè parua perſona, aut Græcus in prædicta tua S. Beneuẽtanenſi Eccleſia aliquam vim facere, vel de ijs, quæ ei pertinere videntur quoquo modo auferre, aut alienare, vel ei minuere terminos, & nec quamlibet mali-

 tiam,

tiam,aut iacturam , moleſtiam in eadem inferre quocunque tempore,nec licentiam ſit,vt dictum eſt ex eis, vel omnibus eidem pertinentibus nunquam magnæ , paruæque perſonæ auferre vt profectò iuſta id , quod à nobis ſtatutum eſt,eadem venerabilis S. Beneuentanẽſis Eccleſia à Apoſtolicis conſtitutionibus,atq; priuilegÿs conſiſtens ornata inconcuſſa dotata permaneat . Siquis autem (quod non optamus) nefario auſu , hæc quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate iam dictæ Eccleſiæ Beneuentanæ ſtatuta ſunt refragare, aut in quoquam tranſgredi ſiuè Græcus ſit,ſeù quicunq;alter homo , qui dominationem, aut primatum habere voluerit per ſe,aut per alterum quemlibet hominem in prēfatis Ecclesÿs ſine voluntate , & iuſſione Beneuentani Epiſcopi, vt illi, qui eos fortaſſe recipere præſumpſerint,omnes pariter ſub eodem noſtro Apoſtolico, & deſcripto inſolubili noſtro anathemate permeneant, & in nullam Eccleſiam intrare præſumant , aut aliquod officium eccleſiaſticum faciant, & non qui pro intuitu obſeruator , & in omnibus extiterit cuſtoditor huius noſtri conſtituti ad cultum Dei reſpiciens benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequantur, & vitæ æternæ participes effici mereantur . Scriptũ per manũ Leonis Strimarÿ S.R.E. in menſe Decembris indictione 15. benè valete. Datum 18. Kal. Ianuarÿ per manus Marini Epiſcopi, & S. Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarÿ Anno Domini propitio. Pontificatus D.N. Ioannis Summi Põtificis,& Vniuerſalis XII. Papæ in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli 11. in menſe & inditione ſupraſcripta 15.

Anno

Anno 964. dum Pandulphus cum Imperatore Othone in Calabria moraretur, eius Germanus Lãdulphus Princeps diem ſuum clauſit extremum, ob quam Beneuẽtum eſt regreſſus, ſuumq; filium Landulphum Principem ſublimauit, & ipſe iterum ad Othonem eſt reuerſus. *a* Qui Landulphus Pandulphi filius Princeps Beneuent. & Capuanus IV. ann. 966. confirmauit Monaſterio S. Modeſti omnia, & quæcunq; priuilegia à ſuis prædeceſſoribus Principibus, Regibus, Imparatoribus, & à Ducibus Archiepiſcopiſq; conceſſa, & nonnullas Eccleſias, & bona de nouo coceſſit. *b*

a Heremp. ibid. pag. 129.

b Ex Archiuio S. Modeſti in faſciculo Priuil.

Ann. 967. Otho Imperator Landulpho Epiſcopo Beneuentano donauit Caſtrum S. Angeli in Gargano, eamq; Eccleſiam eidem confirmauit, vt per ſuũ priuilegium ſnb datum idibus Februarij indict. 6. quod ſeruatur in Bibliotheca Beneuentana in faſciculo 2. Bullarum nu. 16. litera B.

MALDEFRID Epiſc. LI. Ioanne Pap. XIII. ann. Dom 967. *c* Quo anno Otho Imperator dubitãs ne Landulphus Beneuen. Capuanuſq; Princeps partes Nicephori Conſtantinop. Imperatoris tueretur, Beneuentum occupat, verùm obſide accepto Athenulpho filio, quem Imperator in Germaniam tranſmiſit, occupata reſtituit. *d* Et cum inde Landulphus à Nicephoro Imperatore defeciſſet, in ſuam tutelã Otho Imperatar eum tecepit, narrat Baronius eod. anno lit. B. & C.

c Ex Bibl. Ben. in faſc. 4. inſtr. antiq. n. 47.

d Sigo. de Reg. Ital. in anno 968.

F I N I S

Chronologiæ Epiſcoporum Eccleſiæ Beneuent.

Digitized by Google

AVCTOR
AD LECTOREM.

HVcuſq; amice Lector, Epiſcopali tantùm titulo Beneuentanos Præſules inſignitos reperij, licèt re vera à S. Barbati tempore, vt videre eſt, Archiepiſcopale munus exercuerint; tunc enim Pontificum conceſſione habere ceperunt. Verùm enim verò, quia ab hinc in poſterum, & re, & nomine ſunt Archiepiſcopi à Papis vocati, ideò ego Archiepiſcoporum ſeriem inchoando, hìc te admonitum volo. Vale.

MARII DE VIPERA

ARCHIDIAC. BENEVENTANI,

CHRONOLOGIA ARCHIEPISCOPORVM

ECCLESIAE BENEVENTANAE

LANDVLPHVS Primus Archiepiſcopus Beneuentanus.

Ann. Dom. *969.* Ioannes Pap. XIII. Eccleſiam Beneuentanam Metropolitano honore inſigniuit in S. Synodo acta, ante confeſſionem S. Petri Principis Apoſtolorum præſente Imperatore Othone cum Religioſiſſimis Epiſcopis quàmplurimis, atq; Sacerdotum, omniumq; Ordinũ Clericorum S.R.E. cœtu, interueniente Pandulpho Beneuentano, & Capuano Principe, & Landulpho eius filio. Conſtituto ibi Landulpho Archiepiſcopo, eodemq; actu ei priuilegium fecit de vſu Pallij, cõfirmando illi Sipontinam Eccleſiam, & Mõtis Gargani, Oppidumq; Varani cum omnibus Villis, necnõ ſuffraganeas Eccleſias v3. S. Agathæ, Abellinenſis, Vulturarienſis, Quintodecimi, Arianenſis, Aſculenſ.

Bi-

Bibienſ. Larinenſ. Aliſenſ. Theleſin. vt ex Bulla ſeq.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectiſſimo nobis Landulpho venerabili atq; merito honorabili Beneuentanenſis, & Sipontinæ S. Eccleſiæ, & modò per noſtræ authoritatis Apoſtolicæ conceſſionem Archiepiſcopo, cum certum ſit Deo ſeruientibus ineffabilia æterni Regni præmia reſeruari nobis tantùm neceſſe eſt onerum beneficia eis tribuere vt in Dei laudibus ex remunerãdo valeant multipliciter inſudare, & quia Beneuentanenſis Eccleſia in exercendis Dei laudibus magno conatu, piaq; Religione ſemper inſiſtit, atque erga Beneuent. S. Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ recipere exuberaſſe cognouimus, quod nobis olim apud eam manentibus omninò cõſtat inuentum deberemus ex ardore Charitatis atque ſtudio diuini cultus, tàm cauſa honoris, & reuerentia ſublimiorem inter cæteros ordinare, & quoniam ſancta Sedis eſt vbi Beati Bartholomæi Apoſtoli corpus requieſcat, meritò decet cultus ampliùs decorari, quoniam, & ad hoc diuinæ miſerationis reſpectu curam regiminis ſuſcepimus, vt ad exhibenda ſedula Deo ſeruitia, & canonicas laudes potentiæ ſuæ amotos debemus ſollicitè intrare itaq; reſidentibus vobis in ſancta Synodo acta ante confeſſionem Beati Petri Apoſtolorum Principis 7. Kal. Iunij Præpoſitis in medio ſacroſanctis quatuor Euangelijs præſidente Domino Othone glorioſiſſimo Imperatore Auguſto, Romanoq; noſtro filio, necnon Romanis atq; Italicis, et Occidentalibus Religioſis Epiſcopis quàmplurimis etiam Captolicis, et ſapientiſſimis totius Ordinis viris hortatu, ſiquidem benigno ipſius præfati Domini Othoni clementiſſimi Imperatoris Auguſti

Ex Biblio. Ben. in faſc. Paiuil. nu. 4.

vna cum conſenſu infradictorum Præſulum, atque Sacerdotum, omniumq; Ordinũ Clericorũ S.R.E. qui inferiùs ſubſcripſerunt, quibus pariter amore fuerũt Beneuẽt. Cathedrã velle exaltare interuenientibus vz. Pandulpho Beneuentan. et Capuan. Vrbium Principe, ſeù Spoletium, et Camerini Ducatus, Marchione, et Duce ſimulq; et Landulpho Excellentiſſimo Principe filio eius vſu pallij præfate Præſul ad ſola Miſſarum ſollemnia peragenda conceſſimus ſcilicet in ijs feſtiuitatibus, ideſt in Natiuitate Domini, Epiphaniæ, Purificationis S. Dei Genitricis, et Virginis Mariæ, ſimiliter et in Natiuitate eiuſdem B. Mariæ, et in Paſchali feſtiuitate, et in Aſcenſione Domini, et Pentecoſtes, et feſtiuitate S. Ioannis Baptiſtę, et in natalitijs Beatórum Apoſtolorum, et in Aſſumptione B. Mariæ pariterq; et in Natiuitate eiuſdem ſimulq; et in dedicatione S. Eccleſiæ tui Archiepiſcopatus necnon et in die tuæ conſecrationis, et in conſecratione Epiſcoporum, tribuentes tibi adeo poteſtatem, et honorem Archiepiſcopatus, ita vt fraternitas tua, et ſucceſſorum tuorum infra ſuam Dioceſim in locis, quibus olim fuerant ſemper in perpetuum Epiſcopos conſecrare, qui veſtræ ſubiaceant dictioni, ſcilicèt S. Agathæ, Abellini, Quintodecimi, Ariani, Aſculi, Bebini, Vulturani, Larini, Theleſiæ Aliphis. Addiximus etiam vt vtaris pallio feſtiuitatibus B. Michaelis Arcangeli, et tranſlatione corporis Beati Bartholomæi Apoſtoli, Poſteri verò Eccleſiæ tuæ Rectores poſt obitum tuum cõſeruationem ipſius Archiepiſcopatus, ac honoris pallij ab hac ſancta, et Apoſtolica, cui Deo auctore deſeruio ſede percipiant, infirmatuſq; tibi, ſucceſſoribuſq; tuis ſimiliter Sipontum, et

Ec-

Eccleſiam B. Michaelis Arcangeli in Monte Gargano, & Baranum oppidum cum maſſis, & Villis, & omnibus pertinentijs ſuarum Eccleſiarum qualiter ab anteceſſoribus noſtris per conceſſionem priuilegiorum hactenus poſſidere videmus. ſtatuentes igitur Apoſtolica cenſura ſub diuini iudicij obteſtatione, & validis atque atrocioribus anathematis interdictionibus, vt nullus inquam alicuius dignitatis poteſtate prȩditus homo præſumat, vel etiam quacunq; magna, paruaq; perſona quo quomodo audeat deſeruire, dum profectò pariter inrefragabili iure decernimus, vt ordinata ſunt eſſe mandanda, ſi tamen vt ſupra dictum eſt ſucceſſores tui à ſancta Romana, & Apoſtolica Sede conſecrationem, & vſum pallij decretaliter percipere non diſtulerint, ſi quis autē quod non optamus nefario auſu præſumpſerit hic refragare, aut deſeruire, vel aliquam fracturam moleſtiam inferre ſit anathematis vinculis innodatus, & cum diabolo, & cum atrociſſimis pompis, atq; cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti æterni incendij ſupplicio condendamus, at non qui pro intuitu obſeruator, & in omnibus extiterit cuſtodiæ huiuſmodi Apoſtolici inſtituti ad cultum Dei reſpiciens benedictionis gratiam, et miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur, et vitæ æternæ particeps effici mereatur. amen. Scriptum per manum Stephani Strimarij S. Romanæ Eccleſiæ in menſe Maij indit. 12.

Ego Ioannes S. Cattolicæ, et Apoſtolicȩ Romanȩ Eccleſiæ XIII. Papa in hoc Priuilegio à nobis promulgato manu propria ſubſcriptio.

† † Signum Domini Othonis pijſſimi Imperatoris.

Sico

Digitized by Google

Sico Epiſcopus S. Termularum Eccleſiæ in hoc priuilegio conſentij, & ſubſcripſi.

Ioannes Epiſcop. Galiſanæ Eccleſiæ.

Ioannes Epiſcop. Anagninæ.

Marinus Epiſcop. S. Sutrenſis Eccleſiæ.

Benedictus Epiſcop. S. Terracinenſis Eccleſiæ.

Leo Epiſoop. S. Oſtienſis Eccleſiæ.

Benedictus Epiſcop. S. Portuenſis Eccleſiæ.

Gregorius Epiſcop. S. Albanenſis Eccleſiæ.

Ioannes Epiſcop. S. Salantanæ Eccleſiæ.

Ioannes humilis Epiſcop. S. Caſtranenſis Eccleſiæ.

Ioannes Epiſcop. S. Saſſanatenſis Eccleſiæ conſenſi, & ſubſcripſi.

Stephanus Epiſcop. S. Fidadenſis Eccleſiæ conſenſi.

Ioannes Epiſcop. Felinan. Eccleſiæ conſenſi.

Conſtantinus Epiſcopus.

Egruzzo Epiſcop. Florinæ Eccleſiæ.

Lubertus Epiſcopus Portha ſcriptus ſubſcripſi.

Antonius Epiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi.

Guifredus Epiſcop. S. Vndenſis Eccleſiæ *ſubſcripſi.*

Ioſulphus S. Placentinæ Eccleſiæ *conſenſi, & ſubſcripſi.*

Limprandus Epiſcop. *interfui, & conſcripſi.*

Bozza Epiſcop. *S. Oſtienſis* Eccleſiæ *conſcripſi.*

Abraham Sanctæ Frigiſminen Epiſcop. *conſcripſi.*

Raterius Epiſcop. *S. Marſicanæ* Eccleſiæ *conſenſi, & ſubſcripſi.*

Reginaldus S. Rubilanenſis Eccleſiæ Epiſcopus *conſenſi, & ſubſcripſi.*

Creſcentius Presbyter Cardinalis S. R. E. *conſenſi, & ſubſcripſi.*

Benedictus Archidiaconus S.R.E. conſenſi.

Ego Bonifacius humilis Diaconus S.R.E. conſenſi.

Ioannes Subdiaconus S.R.E. conſenſi.

Datum 7. Kalendas Iunij per manum Tidonis Epiſc. S. Siluæ Candidæ Eccleſiæ, & Bibliotecarius ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ante Pontificatum D. N. Iannis XIII. Papæ IV. Imperatoris Ottonis Maioris VII. & Minoris II. Inditione ſuper 12. Anno Dominicæ Incarnationis D.CCCLXIV.

Anno 983. Otho Secundus Imperator Calabriã versùs validum ferens Exercitum cùm Saracenis, & Græcis dimicaturus, in quo prælio Laidulphus, ſiuè Landulphus Beneuentanus, & Capuanus Princeps VI. filius Principis Pandulphi cùm fratre ſuo Athenulpho, alijſq, plurimis fuit extinctus. *a* Et ad Principatum fuit ſublimatus Landenolphus eius frater; ſcribit Ammitatus in vita ipſorum Principum litera C. & D.

a Leo Hoſt. lib. 2. c. 9. Baron. eod. an. lit. A.

ALON, vel vt alij ſcribunt, AZON Archiepiſcopus II. Ad quem de anno 984. ſunt litteræ Ioannis Pap. XIV. de vſu pallij, & confirmationis Eccleſiarum Sipontinæ, & Montis Gargani; de ſuffraganeis verò his verbis, *Simulq; tribuimus, & concedimus licentiam Epiſcopos ordinandi in his, videlicet Ciuitatibus Sanctæ Agathæ, Auellini, Quintodecimi, Ariani, Aſculi, Bouini, Luceriæ, Vulturariæ, Larini, Theleſię, Aliphæ, Termulæ, Triuẽti, & Seſſullæ*, &c. Sub datum 8. idus Decembris indictione 12. Pontificatus ſui anno primo. Quæ regiſtratæ extant in Biblioth. Beneuent. in faſc. Priuilegiorum nu. 7.

Hac eadem tempeſtate Azo Archiepiſcopus de con-

Digitized by Google

conſenſu ſuorum Canonicorum multas Eccleſias Monaſterio S. Modeſti largitur, quæ in priuilegio proprijs vocabulis explicãtur, quas omnes cùm ſuis facultatibus ſub poteſtate, & regimine Monaſterij liberas conſtituit ab omni iuriſdictione Archiepiſcoporum, & Præsbyterorum Eccleſiæ Beneuentanæ. *a*

a *D. Gabriel Pannot. in Hiſt. Tripart. Ordin. Canon. Regul. in lib. 3. c. 37. §. 4. pag. 722.*

Anno 986. Ciuitas Beneuentana fuit ingenti terræmotu concuſſa, & mirum in modum conquaſſata, & inter alia terræmotus Viperam deiecit, & quindecim turres ſubuertit, & multi oppreſſi remanſerunt. *b*

b *Leo Hoſt. lib. 2. c. 11.*

Ann. 992. Landenolphus Princeps fuit à coniuratis extinctus, & ad Principatũ electus Laidolphus eius frater, qui anno ſecundo ab Othone III. Imperatore deiectus, & Ademerius ab eo ſuficitur, ſed minimè receptus, in cuius locum fuit exaltatus Landulphus II. *c*

c *Ammirat. in vit. ipſius lit. A.*

Hac eadem tempeſtate floruit Ioannes ex illuſtri Beneuentanorum ſtirpe Archidiaconus Beneuentanus poſtea Monachus Caſinenſis, demum ibidem Abbas effectus ann. Domini 996. Qui ab Othone III. Imperatore confirmationẽ totius Abbatiæ Caſinenſis aureo ſigillo bullatam obtinuit. *d* Quo anno ad Principatum Beneuentanum, & Capuanum fuit ſublimatus Pandulphus de S. Agatha. Narrat Ammiratus in vita ipſius Principis lit. B.

d *Leo Hoſt. lib. 2. c. 22.*

ALFANVS Archiepiſcopus III. ad quem de anno Domini 998. ſunt hæc litteræ Gregorij Papæ V. de vſu pallij, & confirmatione Eccleſiarum, de quibus ſupra.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Alfano dilectiſſimo filio, & Reuerendiſſimo S. Beneuentanæ Sedis Archiepiſcopo in Domino ſalutem. Cùm sũmæ, & Apoſtolicæ dignitatis Apex in hoc diuini perfectus nitore dignoſcatur præfulgere, & in exercendis Dei laudibus ſuis impenſius ſtudeat laboris exhibere certamen, ob hoc debita nos eiuſdem Apoſtolicæ paſtoralis compulſit ſollicitudinis cura, quaq; ad ſtabilitatem piorum locorum promulgari, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura infirmari. Igitur quia poſtulaſti à nobis Venerande Archiepiſcope, quatenus integrum Epiſcopatum S. Beneuentanæ Eccleſiæ cum Deo fauente preces concederemus tibi, tuiſq; ſucceſſoribus in perpetuum contingere, à prædeceſſore noſtro Dom. Ioanne Sanctiſſimo Papa præcatu Domini Octonis inuictiſſimi Imperatoris per priuilegium conceſſa ſunt tuo prædeceſſori Landulpho Archiepiſcopo eiuſdem Sedis confirmaremus, pijs tuis deſiderijs fauentes, ac noſtra auctoritate, id quod expoſcitur per interuentum Domini Octonis Imperatoris effectum mancipamus, concedẽtes tibi, tuiſq; ſucceſſoribus vſum pallij ſicut ſcriptum retinetur, inbuentes inſuper tuæ, tuiſq; ſucceſſoribus fraternitati in prædicta Dioceſi in locis, quibus olim fuerunt in perpetuum Epiſcopos conſecrare, qui veſtræ ſubiacent ditioni, idem Termulanæ, Bibinæ, Quintodecimi, Ariani, Triuenti, Larini, Lucerię, S. Agathæ, Abellini, Aſculi, Vulturariæ, Theleſiæ, Aliſæ, Seſſulæ, confirmanteſq; tibi, tuiſq; ſucceſſoribus Eccleſiam S. Michaelis Arcangeli in Monte Gargano cum ipſa Sipõtina Eccleſia, & cum omnibus earum pertinentijs, & omnibus prædijs cum Ecclesijs familijs vtriuſq; ſexus,

&

Digitized by Google

& maſſis, & cuncta quæ videntur eſſe pertinentia ipſarum Eccleſiarum: concedimus autem Alfano Clerico veſtro nepoti integrum ipſum Archiepiſcopatum poſt deceſſum tuum habendum cum omnibus ſuis pertinentijs ſicut ſunt Ciuitates, ſiuè quorumcumque Caſtra poſſeſſiones dudum ab anteceſſoribus tuis Epiſcopis, ſiquidem inſuper Apoſtolica cenſura ſub diuini iudicij obteſtatione, & validis, atq; atrocioribus anathematis interdictionibus, vt nullus nũquam alicuius poteſtate dignitatis prędıtus homo præſumat, ſiuè ſit illa magna, ſiuè parua perſona, aut Græcus in prædicta S. Beneuentana Eccleſia aliquam vim facere, vel de ijs quæ ei pertinere videntur, quoquo modo auferre, aut alienare, vel eius minuere terminos, & nec quamlibet malitiam, aut iacturæ moleſtiam in eadem inferre quocunque tempore, nec limina ſic vt dictum eſt ex eis, vel omnibus eidem pertinẽtibus cuiquã magnæ paruæq; perſonæ auferre, vt profectò iuſta id, quod à nobis ſtatutum extat, eidem Venerabili S. Beneuentanenſi Eccleſiæ Apoſtolicis conſtitutis, atq; priuilegijs conſiſtens ornata inconcuſſa dotata permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario auſu præſumpſerit, hæc quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate iam dictæ Eccleſiæ Beneuentanæ ſtatuta ſunt refragare, aut in quoquam tranſgredi, ſeù quicunq; alter homo, qui dominationem, aut primatum habere voluerit per ſe, aut per alterũ quemlibet hominem in præfatis Ecclesijs ſine voluntate, & iuſſione Beneuentani Archiepiſcopi, & illi qui eos fortaſſe recipere præſumpſerint omnes pariter ſub eodem noſtro, & diſtricto inſolubili anathemate permaneat, & in nulla Eccleſia intrare

trare

Digitized by Google

trare præſumat, aut aliquod officium Eccleſiaſticum faciat, at nõ qui pro intuitu obſeruator, & in omnibus extiterit cuſtodiens huius noſtri conſtituti ad cultum Dei reſpiciens benedictionis gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur, ſcriptũ per manum Antoniј Notariј Strimariј S.Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ in menſe Aprelis, & indictione 11.

Anno 1000. Otho III. Imperator Silueſtro II. Pap. Beneuentum venit cauſa pœnitentiæ, quam illi B.Romualdus iniunxerat, abijt in Montem Garganum, quo tempore Beneuenti Principatum regebat Pandulphus, *a* Reuerſuſq; Imperator Beneuentum, Corpus B. Bartholomæi Apoſtoli à Ciuibus Beneuentanis petijt, qui nihil tunc illi negare audentes, callidè pro illo Corpore Apoſtoli, Corpus B.Paulini Epiſcopi Nolani, quod ſatis decenter reconditũ oſtenderunt, & eo ſublato receſſit tali fraude deceptus. Quòd poſtquam reſciuit, nimium indignatus, Corpus quidem Confeſſoris, quod detulerat, honorificè apud Inſulam Romæ condidit. Sequenti verò tempore perrexit iterum ſuper Beneuentum, & obſedit vndiq; per dies multos: ſed nihil aduersùs pręualens, Romam reuerſus eſt. Vnde vix ad ſua reuerti incipiens mortuus eſt apud Paternum non longè à Ciuitate Caſtellana,ità ſuis vltra Montes Corpus ipſius delatum eſt. *b* Cuius Imperatoris mors fuit anno Domini 1000. *c* Ità Leo Hoſt. lib. 2. c. 24. & Anonymus Monachus Caſſinenſis in ſuo Chron. eod.anno. Baronius verò in eod. anno 1000. litt. C. & D. tenet quòd Otho capta Ciuitate Beneuentana

a *Ammirat. in vit. ipſius lit. B.*

b *Leo Hoſt. lib. 2. c. 24.*

c *Anonym. Monach. Caſinenſ. in ſuo Chron. eod. ann.*

na

na, Corpus Apoſtoli Bartholómæi Romam tranſtulit (excepto corio quod remanſit) & in Eccleſia in Inſula ſub titulo B. Adelberij Martyris ab ipſo Imperatore inchoata collocauit,& ex illatione Corporis Beatiſſimi Bartholomæi tranſiuit ipſa in nomen, & cultum eiuſdem Apoſtoli. Et huius ſententiæ eſt Breuiarium Romanum.

At in confirmatione eorum, quæ per Leonē Hoſtienſem, in Chron. Caſinenſ. ſupracitato loco in margine habētur, adducitur translatio glorioſiſſimi Corporis Apoſtoli Bartholomæi in Eccleſiam eius nomine dicatam, facta per Arnaldum Archiepiſcopum Beneuentanum diligentia Benedicti Pap. XII. vt infra in Præſulatu ipſius Arnaldi videre eſt. Adducitur etiam Bulla Leonis Papę IX. ſub datum Romæ idibus Iulij confirmationis ſuffraganearum Eccleſiarum Beneuentanæ Eccleſiæ,vbi Summus Pōtifex aſſerit Corpus glorioſiſſimi Apoſtoli Bartholomæi in ipſa Beneuentana Eccleſia requieſcere, vt infra habetur ſub Præſulatu Vldarici Archiepiſcopi. Et translationem prædictam etiam recenſet Guillielmus Archiepiſcopus, vt infra in ſuo Præſulatu habetur. Et in prædictorum cōfirmationem habemus litteras Regis Ladiſlai Archiepiſcopo Beneuentano, quem rogat, vt bracchium Beatiſſimi Bartholomæi Apoſtoli,ſiuè aliam partem eius Corporis, quod in eadem Eccleſia Beneuentana aſſeruatur, concedat, vt infra in Præſulatu Hugonis III. legitur. Quę omnia referuntur ex *B*ibliohecę Beneuentanæ auctoritate locis citatis, & ex prædictorum dictis, nam in contrarium eſt auctoritas *B*reuiarij Romani.

ALIX

ALIX Archiepiſcopus IV. Silueſtro Pap. II. ann. Domini M. Qui cùm Diaconus Beneuentanæ Eccleſiæ eſſet, ad inſtantiam Othonis III. Imperatoris ab eodem Pontifice ad Archiepiſcopatum fuit euectus, à Populo minimè receptus, vt habetur in annot. ad Chronicam Caſinenſ. Leonis Hoſtienſ. in lib. 2. cap. 28.

MVNDVS Archiepiſcopus V. de quo fit præclara memoria in quodam diplomate Oligami Stellæ Ducis Neapolitanæ Ciuitatis de anno Domini 1009. quod legitur in Hiſtorijs ſcriptis Capyciorũ his verbis. *Nos Oligamus Stella Dux, Ginellus Capycius, Baldaſar Iouanus, & Sarrus Brancacius Conſules magnificæ Ciuitatis Neapolis, quæ in præſentia eſt in magna penuria Tritici, Olei, Caſei, et Hordei, promittimus quibuſcunque ſalmentarijs Vallis Beneuentanæ, Auellini, et aliorum locorum, qui venerabili in Chriſto Patri Mundo Præſuli Beneuentano ſubiecti ſunt, et pro qualibet ſalma farinæ, vel tritici tarenos duos, pro qualibet ſalma hordei tarenum vnum, pro qualibet ſalma Olei, & Caſei tarenos tres, qui ipſis in introitu portarum ſoluantur vltra pretium, quod pro illis rebus accipient; Et ideò vobis venerabili Antiſtiti præſentes ſcripſimus, vt Ciuitati noſtræ gratiam faciatis ad vocem Præconis bãdire per omnes vobis obedientes, qui vobis promittimus, et ratum habebimus. Datum Neapoli indict. 9. ſedente* S. *Sergio Papa IV. etc.* Quod etiam recẽſet Franciſcus Aelius Marcheſius in Hiſt. famil. nobil. Neapolit. m. ſ. fol. 2. & Ant. Summon. in Hiſt. Reg. Neap. p. 1. pag. 447.

ALFANVS II. Archiepiſcopus VI. ad quem de

anno

anno 1012. ſunt litteræ Sergij Pap. IV. de vſu pallij, & confirmationis Eccleſiarum, de quibus ſupra; ſed extra eas ſubiecit etiam Epiſcopatum Larinenſem, &c. ſub datum 21. Ianuarij indict. 9. Pontificatus ſui anno 2. Quæ regiſtratæ extant in Bibliot. Beneuen. in faſc. priuileg. n. 9.

An. Dom. 1014. sūt litteræ Benedicti Pap. VIII. ad eundem Alfanum de pallio, & conceſſione Eccleſiarum Sipontinæ, & S. Michaelis Archangeli in Gargano. De ſuffraganeis verò, videlicet, Bouinenſ. Aſculenſ. Larinenſ. Triuētinenſ. Luccrinenſ. S. Agathæ. Auellinenſ. Quintodecimi, Arianenſ. Vulturarienſ. Theleſien. Aliſanenſ. Seſſulæ, Læſinenſ. Termulenſ. &c. ſub datum menſe Martij indict. 12. Quæ habentur in ead. Biblioth. in eod. faſc. n. 18.

VRSVS Archiepiſcopus VII. *B*enedicto Papa VII. dicto VIII. Pandulpho II. Principe *B*eneu. ann. Domini 1015. Qui Archiepiſcopus Caſtrum Sancti Angeli de Monte Gargano, quod ipſemet fundauerat, *B*eneuentanæ Eccleſiæ ſubdidit etiam quo ad homines. *a*

a Ex Bibl. Ben. in faſc. 14. bulla. n. 133. ſigu. litera O.

Hac eadem tampeſtate Athenulphus Pandulphi Principis Patruus vnanimi conſenſu Monachorum Caſinenſis Monaſterij eorum Abbas eligitur, magna cum ipſius Principis, totiuſq; *B*eneuentanę Vrbis lætitia. Quem, videlicet, Athenulphum Otho Imperator à patre puerum obſidem acceptum, tempore, quo Landulpho Patri Principatum reſtituit, vltra Montes tranſmiſerat, & in Monaſterio nutriri, cuſtodiriq; mandauerat. Poſt nonnullorum dierum curſum inde fugā arripuit, veſte monaſtica indutus,

grauiterq; in redeundo infirmatus, cucullam, quam occaſione fugæ ſimulanter induerat, ſpontè deinceps ſe geſtaturum vouit, ſicq; ad Patrem rediens, cùm in Palatio morari non acquieſceret, in Monaſterio Sancti Modeſti, quod intra Vrbem *B*eneuentanam propè Cathedralem Eccleſiam ſitum eſt, vſq; ad illud tempus manſit. *b*

b Leo Hoſt. lib. 2. c. 29. Sigon. de Reg. Ital. in anno 968.

Anno 1022. Pandulphus II. moritur, eiq; in Principatu ſuccedit Pandulphus III. qui annos duos Principatum tenuit, poſt quem regnauit Guaimarius, & Principatum Beneuentanum, Capuanumque tenuit. *c*

c Ammirat. in vita ipſorum Princ. lit. A. & E.

Hoc eodem anno menſe Martij Henricus Imperator *B*eneuentum venit, narrat Lupus Protaſpata in ſuo Chronico ſub hoc anno.

GVARMVNDVS Aichiepiſcopus VIII. *B*enedicto Pap. VIII. anno Domini 1032. Eccleſiam *B*eneuentanam regebat. *a*

a Ex Bibl. Ben. in faſc. 1. ſcript. antiquarum.

Anno ſequenti Guaimarius Princeps debitum naturæ ſoluens, in Principem fuit exaltatus Landulphus Pandulphi III. filius, narrat *A*mmiratus in vita ipſius litera D.

Anno 1046. Imperator Henricus II. venit *B*eneuentum, *B*eneuentani verò ad eius iniuriam abſcinderunt ſternutas equi eius, refert Lupus Protoſpata in ſuo Chronico in eodem anno.

ALFANVS Archiepiſcopus IX. anno Domini 1047. *a* Quo anno Hẽricus II. Imperator Beneuentum contendens, cùm noluiſſent eum Ciues recipere, tàm ob ſuam, quàm ob Patris iniuriam, totam Ciuitatem à Clemente Papa II. (qui cũ illo tunc erat)

a Ex Bibl. Ben. in faſc. Bull. 16 n. 253. lit. Q.

ex

Digitized by Google

excommunicari fecit, cũctamq; Beneuentanam terram Northmannis aućthoritate ſua confirmans, vltra Montes exinde eſt reuerſus, Clementem ſecum ducens, *b*

b *Leo Hoſt. lib. 2. c. 79. Baron. in ann. 1047. lit. A.*

Anno 1051. Leo Papa IX. ad Caſinenſe Monaſterium venit, deindè Beneuentum profectus ab excommunicatione prædeceſſoris ſui tandem Ciuitatem abſoluit, & ad Sedem ſuam eſt reuerſus. *c*

c *Leo Hoſt. ibid. Baron. in eodẽ ann. 1051. lit. D.*

In libro 3. Dialogorum Deſiderij Abbatis Montis Caſini ex nobili Beneuentanorum magnatum proſapia, miraculum deſcribitur memoriæ dignum, in Monaſterio S. Sophiæ editum (in quo ipſe tunc Monachus morabatur) quod habetur in appendice ad tertium librum Chron. Caſſinenſ. Leonis Hoſt. poſt cap. 3. quod hìc mihi tranſcribere viſum eſt. *Quod quidam à pueritia ſanctæ conuerſionis, et magnę humilitatis Monachus extitit, qui infra annos adoleſcentiæ nimio languore præoccupatus, ad extrema perductus eſt, hymnis, et pſalmis Deo, cui omnia viuũt, eius ceperunt animam commendare, Sanctorum cętũ in eius auxilium inuocare, qui creſcẽte languore mortuus eſt. Sed cum ad lauandum corpus aqua præpararetur per vnam ferè horam exanimis iacuit. Cùmq; qui aderant, orationi, et pſalmodiæ inſiſterent, ſubitò corpus eius omne contremuit, ac paulatim reuiuiſcens, cunctis, qui aſtabant, admirantibus, in lectulo reſedit. De hinc interrogatus, cepit illis, quæ egreſſus de corpore viderat, referre dicens. Cùm anima mea, vobis cãtãtibus, de corpore egrederetur, mox ad preces veſtras, Sancti, quos inuocaſtis, meum in auxilium aduenerunt, cùmq; illi ab eo requirerent, ſi illos, quos nunquã*

viderat,cognoſcere potuiſſet? Reſpondit S. Benedictũ, S. Gregorium, B.Donatum, et Felicem cum reliquis Sanctis, qui in hac Eccleſia requieſcunt meum in auxilium venire conſpexi, inter quos B. Mercurius Patronus noſter velut ſplendidum Sydus rutilans videbatur. Quem cùm interrogaſſent, vtrum nam eſſet in hac vita moraturus? minimè inquit, nã Beatus Mercurius ſe ad me ſumendum venire ſpopõdit. Quæ omnia, vt dixerat, vera fuiſſe rei euentus comprobauit. Eademq; namque die ex hac luce ſubtractus, ab illis proculdubio receptus, quos ante moriens, ſuum in auxilium venire conſpexit. Hæc ille.

Anno Domini 1053. rurſus Pontifex Leo Beneuentum aduenit. *a* Qua tempeſtate Archiepiſcopus Alfanus moritur, ex Bibliot.Beneuent. in m.ſ. Codice litteris Longobardicis diuerſorum annotationum fol. 10.

a Leo Hoſt. lib. 2 c. 83.

VLDARICVS Electus, Archiepiſcopus X. Leone IX. Pontifice Beneuenti exiſtente anno Domini 1053. *b*

b Leo Hoſt. lib. 3. cap. 7. Baron. eod. ann. litt. D.

Cauſa aduentus Leonis Pap. Beneuentum fuit, vt Northmannos ex Apulia Eccleſiæ Prouincia expelleret, ex eo quia ad Principatum Beneuentanæ Ciuitatis pertinebat; Nàm cùm Henricus II. Imperator fundaſſet Eccleſiam Bambergenſem, & etiam in Cathedralem conſecrari cuperet, annuente Benedicto Pap. VIII. quotannis cenſus nomine, ea durante Eccleſia, centum marcas argenti cum albo Equo phalerato conſtituit Summo Pontifici ſoluendas. Poſtmodum tamen Ciuitatem Beneuentanam pro cenſu commutauit, eamq; S. R. E. dedit, tradi-

ditq;

Digitized by Google

ditq; *b* Vnde Leo eodem anno Apuliam cũ Northmannis dimicaturus ingreditur, atq; ex parte ipſius Rodulphus in Principem Beneuentanum ab eo electum, & Garnerius Sueuus ſigna ſubſtollunt; inito autem certamine, cùm diù ab his acriter pugnatum eſſet, Northmanni victores extitere, & ſolis, qui cum Papa venerant, amicis, propinquiſq; remanentibus. De hinc Hunfridus Northmannus Comes Pontificem adijt, & in ſua illum fide ſuſcipiens, cum ſuis omnibus Beneneuentum perduxit, offerens ſe illum Capuam vſq; ſociaturum. Intrauit autem Leo Beneuentum menſe Iunio Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ, manſitq; vſque ad diem 12. Martij. *c*

b *Leo Hoſt. lib. 2 c. 8. Platin. in vita Leonis Pap. Baron. eod. an. lit. B. Sigon. de Reg. Ital. eod. anno* 1053.

De Rodulpho Principe nihil aliud habetur, ob quod credendum eſt in dicto bello cecidiſſe, vel dignitatem non exercuiſſe, quod probabilius eſt, ex eo quia adhuc Landulphus Princeps viuebat, vt infra videre eſt ſub Preſulatu Arelij Archiepiſcopi.

c *Leo Hoſt ibid. c. 84. & 86. Baron. eod. an. litt. E.*

Ann. Dom. 1054. 4. idus Iulij indict. 6. ſunt litteræ ad Archiepiſcop. noſtrum Vldaricum Põtificis Leonis, qui de nouo ad eius ius, & proprietatem reuocauit, atq; in perpetuum ſubiecit, tradiditq; Metropolitanæ Eccleſiæ Beneuentanæ Epiſcopales Eccleſias ſuffraganeas, videlicet, Eccleſiam S. Angeli de Monte Gargano cum ipſo Caſtello. Eccleſiam Sipõtinam cum omnibus iuſtitijs legaliter ſibi pertinentibus: Lucerinam, Aſculanam, Bouinenſem, Larinenſem, Triuentinam, S. Agathæ, Abellinensẽ, Quintodecimum, Arianenſem, Vulturarenſem, Theleſinen. ſimulq; duas Abbatias S. Petri de Duda, & S. Ioannis iuxta Portã Aureã, &c. per bullã ſequẽtẽ.

LEO

a Ex Bibl. Ben. in faſc. Priuil. nu. 11.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Valderico Beneuentanę Eccleſiæ in honorem Beatiſſimæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ dedicatæ Archiepiſcopo, & per eum in eodem venerabili Archiepiſcopatu, cæteriſq; canonicè illius tuis ſucceſſoribus Archiepiſcopis intrantibus in perpetuum. Cùm ſummæ Apoſtolicæ dignitatis Apex in hoc diuini perfectus nitore dignoſcatur perfulgere; atque in exercendis Dei laudibus ſuis impenſius ſtudeat laboris exhibere certamen ob hoc debita nos eiuſdem Apoſtolicæ paſtoralis compulſit ſollicitudinis cura, quæq; ad ſtabilitatem piorum locorum promulgari, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſura confirmari, vt præſidentes, vel cum in ipſis locis Deo famulante auctoritate Apoſtolica ab omnium curantur impeditione improba, & quia parere totius, atque Eccleſię condoluimus ruinæ, ac deſolationis prouidimus primum, vt Eccleſiæ ſtatus in ordinibus canonicè releuetur, & ſit per Dei miſericordiam, Patriæ vniuerſæ ſubueniantur, igitur te ibi præficientes, atque Apoſtolico priuilegio corroborantes, quicquid eidem Eccleſiæ iuſtè debetur, & ſi ſubtracta aliquo modo videantur, tamen, quia iuſtitia nullius voto, vel caliditate poteſt immutari, vel refragari concedimus, renouamus, & in perpetuum S. Beneuentanæ Eccleſiæ, ac per eam tibi, tuiſq; ſucceſſoribus canonicè ibi intrātibus conferimus, & ſtabilimus. Diligentiſſimè itaque noſtrorum antiquorum prædeceſſorum priuilegia perſeuerantes Vitaliani v3: & aliorum Romanæ Sanctæ Eccleſiæ præſulum, atq; Iuſtiniani Beneuentanæ Eccleſiæ conſiderantes, at eius ius, & proprietatem reuocamus, atque in perpetuum ſubdimus, & tradimus

v3.

v3. *Eccleſiam Sancti Michaelis Arcangeli in Monte Gargano poſitam, & ipſius Caſtellum, vbi iam dicta ſacra, & venerabilis ſita eſt Eccleſia, atq; Sipontinam Eccleſiam cum omnibus iuſtitijs legaliter ſibi pertinẽtibus, Lucerinam, Auſculum, Biuinum, Larinum, Triuentum, S. Agatã, Auellinũ, Quintodecimum, Arianũ, Vulturariam, Theleſiã, Alipham, Seſſulam, Leſinam, Termulã, ſimulq; duas Abbatias Sanctum Petrum de Daddi, atq; S. Ioannem ſitum iuxta Portam Auream cum ſingulis proprietatibus, Parrochijs, ſeù Dioceſibus ſuis nihil excipimus, ſed omnia ſicut iuſtitia earũ eſt, huic iam prænominatæ Eccleſiæ Beneuentanæ in honorem Dei Genitricis Mariæ dedicatæ vbi pretioſiſſimũ Corpus Beatiſſimi Bartholomæi Apoſtoli requieſcit, ſalua auctoritate, Sanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis conceſſimus, & inreuocabiliter in perpetuum confirmamus, concedimus etiam fraternitati tuæ pallij vſum ad Miſſarum ſolemnia celebranda, ſcilicet in his feſtiuis diebus Natiuitatis Domini, & Apparitionis ipſius, in Cena etiam Domini, atq; S. Reſurrectionis, die Dominico Aſcenſionis Domini ad Celos, et die Dominico Sancti Pentecoſtes, in Natalibus Apoſtolorum, ac Beatiſſimi præcurſoris Chriſti Baptiſtę Ioannis, in Aſſumptione etiam glorioſiſſimæ, et ſemper inuictiſſimæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, atque in conſecratione Epiſcoporum ſuffraganeorum tuorum, in conſecratione Eccleſiæ, ac in Natalitij tui die, ſicut ab anteceſſoribus noſtris tuis inſtitutum eſt anteceſſoribus, in Non tua fraternitas pallio induatur, & ſic ad Miſſam proficiſcatur, neq; plus aliquid temerario auſu præſumas, quoniam dum-*

quid-

Digitized by Google

quidquã exteriori habitu inordinatè arripitur à proprio, & licito labitur, hoc etiam tibi concedimus, vt per ſingula loca, quæ ditioni Archiepiſcopatus Beneuentani ſubiacent vbi ex antiqua, & legali inſtitutione Epiſcopalis ſedes habent Epiſcopos canonicè conſtituas, & conſeruas, & quocunq; aliter quam decuit, ac ſacri præcipiunt canones inſtitutum eſt extirpes, &

& quoniam contra iura canonum, & Sanctorum inſtituta pariter, dum omninò quidam peruerſa mente non metuit quod Epiſcoporum eſt proprium ſibi vſurpare Sacro Ordini aſcriptos, videlicet, Clericos ſuæ ditioni ſubdendo, de Epiſcoporum iudicio ſubtrahere, quod omnino deteſtamur, ac ſub anathemate perpetuo interdicimus, ſed quicquid illud eſt, quod ad eccleſiaſticum, atque Epiſcopale pertinet officium intra tuum Archiepiſcopatum Beneuentanum ſicut ſuperius præfinitum habeatur tuo rogatur, atq; diſponatur ſacro iudicio, omnia itaq; quæ ad prædictum Archiepiſcopatũ, iuſtè, & legaliter pertinent, aut pertinere poterunt, ſiuè Monaſteria, ſeù Caſtella, Ciuitates, vel prædia cum Eccleſijs, & Villis, vineis, ſyluis, & omnibus ſibi iuſtè pertinentibus tibi, ac tuæ fraternitati Eccleſiæ conceſſę tradimus, conferimus, & in perpetuum ſtabilimus, cõſtituimus itaq; & Apoſtolica cenſura decernimus, & ſub diuini iudicij obteſtatione, atque validiſſimis anathematis interdictioni conteſtamur, vt nullus vnquam ſucceſſor noſtrorum, vel alterius dignitatis, ſeù poteſtatis quilibet homo aliquo temerario auſu ſtudeat in prædicta Beneuentana Eccleſia aliquam vim inferre, aut terminos prefati Archiepiſcopatus imminuere, detrahere, vel quocunq; modo, ſiuè ingenio ſubtrahere,

nua-

Digitized by Google

inuadere, vel alienare, ſed vt ſuperius ſunt taxata, ita ſibi perpetuo maneant inconcuſſa, vt S. Beneuentana Eccleſia in honorẽ Sanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis, & inuiolatæ Mariæ dedicata, & ad Archiepiſcopatus honorem à noſtris anteceſſoribus ſublimata ac pretioſiſſimis Sanctorum corporibus dicata, videlicet, Bartholomæi Apoſtoli, ac Ianuarij Martyris, et Barbati Confeſſoris eiuſdem ſedis glorioſiſſimorum Præſulum, ac reliquorũ inuiolabiliter Apoſtolicis priuilegijs ſemper maneant dotata, ſi quis autẽ quod non optamus nefario auſu præſumpſerit hæc, quæ ad laudẽ Dei pro ſtabilitate, ac firmitate Beneuentanæ Eccleſiæ atq; decenter decernimus infringere, vel diminuere, aut quocunq; modo aliter ad detrimentum præfati Archiepiſcopatus ſtatuere quod nolimus eſt, annihiletur, et ſub anathemati percuſſus dominio percareat niſi fortè reſiſtat, conſeruator verò huiuſmodi noſtri priuilegij Apoſtolica benedictione refectus infra Paradiſi mœnia cum Sanctis gaudeat in æternum, Benè valete. Datum 4. idus Iulij per manus Federici Diaconi S.R.E. Bibliothecarij, et Cancellarij Vice D. Benarmundi Arcicancellarij, et Collonenſis Archiepiſcopi Anno Domini Leonis IX. Papæ V. indict. 6.

In quà Bulla ſpecialiter mentionem facit, in ipſa Eccleſia Beneuentana quieſcere pretioſum Apoſtoli Bartholomæi Corpus: Quæ regiſtratæ extant in Biblioth. Beneuent. in faſc. Priuileg. nu. 11. & in faſc. Bullar. 1. nu. 1. lit. A. in contrarium tamen eſt, vt ſupra diximus, Breuiarium Romanum.

Anno 1057. ſunt litteræ Stephani Pap. IX. ad eundem Vldaricum Archiepiſcopum de vſu palli, &

M con-

conceſſione Eccleſiarum aliquas prædictis addendo, videlicet, Lucerinam, Aſculum, Bouinum, Troiã, Dragonariam Ciuitatem, Montem Coruinum, Tertibulum, Viccarinum, Florentinum, Larinum, Termulam, Triuentum, Vulturariam, Aliſam, Theleſiũ, S. Agatam, Toccum, Auellinum, Montem Maranũ, Quintodecimum, Montem de Vico, & Arinum, &c. ſubdatum in Monte Caſino 9. Kal. Feb. indict. 11. Pontificatus ſui anno I. Quæ regiſtratæ habentur in eodem ſupracit. faſc. n. 19.

Hodie verò Metropolitana Eccleſia Beneuentana has habet Eccleſias ſuffraganeas, v3. *Auellinenſ. Frequentinenſ. S. Agathæ Gothorum, Montis Marani, Arianenſ. Alarinenſ. Vulturarienſ. Theleſinenſ. Aſculanenſ. Bouinenſ. Lucerinenſ. Florentinenſ. Montis Corbini, Leſinenſ. Turribulenſ. Triuienſ. Guardiæ Alferiæ, Aliſanenſ. Boianẽſ. Termulenſ. Triuentinenſ. Dragonariẽſ. Limoſanenſ. Ciuitatẽſ.* in cuius loco extat ſubrogata *Terra S. Seueri, et Troyanenſ.* eligẽs, *d* vt in Valuis ipſius Cathedralis ænea ſculpta notant.

d *Ex Archiuio Cur. Archiepiſ. Beneu.*

Anno Domini 1059. nonis Martij Deſiderius Abbas Monaſterij Caſinenſis ex Procerum Beneuẽtanorum ſanguine ortus, ad Cardinalatus dignitatem ſublimatur à Nicolao Papa II. & Tit. S. Cæciliæ decoratur, ac Legatus à Latere Campaniæ, Principatus, Apuliæ, atq; Calabriæ creatur. *e*

Eodem anno Nicolao Pap. II. Robertus Quiſcardus Calabriam, & Apuliam Eccleſię Prouincias, necnon, & Beneuentum occupauit, adiecta Troya, quæ Summis Pontificibus, Romanæq; Eccleſiæ parere conſueuerat. Quamobrem Pontifex indigna-

e *Leo Hoſt. lib. 3 c 12. Baron. in eod. ann. litt. C.*

tus nihil Roberto ſuccenſuit, verùm ab eo exoratus in Apuliam proficiſcens, recepit Beneuentum, & omnia, quæ de Eccleſia amiſerat. Ea propter Robertum in gratiam recepit, adeò vt, & ipſum Ducẽ, & Vectigalem Eccleſiæ creauerit, & per ipſum rebelles Eccleſiæ perdomuit. *f* Vnde hoc eod. anno Pontifex Nicolaus conceſſit Roberto Ducatũ Apuliæ, Calabriç, atq; Siciliæ (præter Ciuitatẽ Beneuẽtanam) cũ cenſu per ſingulos annos ſoluendo in die Dominico Sanctæ Reſurrectionis per ſingula Bouũ paria denarios duodecim Papienſis monetæ, ad quod acceſſit iuramentum fidelitatis per Robertum præſtitum, quod ad litteram vnà cum conceſſione prçdicta recenſet Baronius in eodem anno lit. C. & D. & Hoſtienſis lib. 3. c. 16. Poſt hæc autem ordinatis, & diſpoſitis omnibus, quæ ad Beneuentanum Patrimonium pertinebant, Nicolaus Pontifex ad Sedem ſuam eſt reuerſus, recenſet Baronius ibidem litt. C.

f *Compenden. tempor. & Hiſt. Eccleſ. c. 16. fol.* 180.

S. MILO Archiepiſcopus XI. Alexandro Pap. II. anno Domini 1063. circiter, qui educauit B. Stephanum ex nobiliſſimis parentibus Auerniç natum, fundatorem Ordinis Grandimontenſis. *a*

Die 23. Februarij S. Milo Archiepiſcopus noſter obdormiuit in Domino. Ex Archiuio Monaſterij S. Petri in Codice Emortuali m. ſ. Litteris Longobardicis annus verò deſideratur.

ARELIVS Archiepiſcopus XII. floruit ann. Domini 1071. Regnante Beneuenti Landulpho anno ſui Principatus 34. & 15. Principatus Pandolphi eius filij. *b*

a *Ex Topographia SS. Mart. Cabulenſ. Epiſ. in litt. B. verſ. Beneuentum. Ferrarius in Topographia. Dauid Romeus in Catalog. SS. Regni. Artemannus Schedal in ſuo Chron. ſub ſexætate pag.* 192.

b *Ex Bibl. Ben. in faſc.* 5 *inſtr. antiq. n.* 15.

Eodem anno Landulphus Princeps Beneuentanus interfuit celeberrimæ illę Caſinenſis Eccleſiæ dedicationi ab Alexandro Pap. II. quàm magnificentiſſimè effectæ, Deſiderio, ex Sereniſſima Beneuentanorum Ducum Proſapia ibi Abbate. *c*

c Leo Hoſt. lib. 3. c. 28.

Anno 1073. Alexander Papa obijt 10. Kal. Maij, poſt cuius obitum nulla poſtpoſita mora fuit in Pōtificem electus Gregorius VII. qui eodem ſuæ ordinationis anno ad Monaſterium Montis Caſini veniens, ſociato Deſiderio prædicto, S.R.E. Cardinali eiuſdem Monaſterij Abbati, ad Vrbem Beneuentanam ſe contulit, vbi per menſes aliquos eſt demoratus, quo tempore die 12. Auguſti indict. 11. in ſacro Beneuentano Palatio Pontifex Gregorius conſtitutionem inijt cum Landulpho Principe Beneuentano de fidelitate erga S. R. E. ſeruanda, cùm nonnullis alijs conditionibus, ſub pœna caducitatis ipſius Principatus. Quam conſtitutionem recenſet Baronius in eodem anno litera D. ſubſcriptam à nōnullis Cardinalibus; inter quos ſubſcribit Deſidederius prædictus. Indeq; Pontifex egrediens, Romam reuerſus eſt. *d* vbi Synodum celebrauit, & inter alia ibi ſtatuta fuit, vt ſiquis Beneuentanam Vrbem offendat, damnificetq; in excommunicationē incurrat, refert Platina in vita ipſius Gregorij.

d Leo Hoſt. ibid. c. 13. & 36.

Anno 1074. Menſe Octobris 13. indict. regnante Landulpho IV. ann. 37. ſui Principatus, Comes Nubilo de Caſtro Vipera vnà cùm Riccardo eius filio obtulit per publicum inſtrumentū Monaſterio Caſinenſi Monaſterium S. Euſtachij infra idem Caſtrū, Eccleſiam S. Barbati, S. Eleuterij, & S. Hilarij, atque Mo-

Mônaſterium S. Euſtaſij in Caſtello Ribza; cum omnibus pertinentijs eorum. *e* Quod Caſtrum Viperæ fuit ab ipſamet Familia de Vipera poſſeſſum vſque ad annum Domini 1305. *f* Qui pijſſimus Comes vna cum Riccardo eius filiuo per prius fundauerat, & quàm magnificè dotauerat Eccleſiam in honorē Beatiſſimæ Virginis Mariæ in loco, quod Duorata dicitur, ſito in medio eius ſtatus, vbi duodecim Monachos conſtituit, vt Deo die, noctuq; ſeruirent, vt ex publico inſtrumento hebetur rogato Hiberto publico Caſtrimagni de Plana Notario Anno Domini 1050. 2. Septemb. indict. 5. cuius copia ſeruatur in Biblioth. Beneuent. in faſc. 27. ſignat. lit. B. n. 266. in capſula S. Pantaleonis in faſc. 42.

e *Ex Bibl. Caſi. in regiſtr. Petr. Diac. pag. 3. Leo Hoſt in lib. 3. c. 60.*

f *Ex Archiuio Regio Neap. in Regiſtr. Regis Caroli 2. ſignato 1304. & 1305. littera A. pag. 183.*

Eodem anno 1074. Robertus Quiſcardus Dux Apuliæ, Calabriæ, atq; Siciliæ Beneuentum obſidet, cuius conatus ob Ciuium Beneuentanorum virtutum, effectu caruit. Et quoniam Eccleſiæ iura Robertus perturbabat, Gregorius Pontifex eum excommunicauit, atq; anathematizauit cum omnibus fautoribus ſuis, qui ſæpiùs Gregorium pro abſolutione interpellauit, ſed fruſtra. *g*

ROFRIDVS Archiepiſcopus XIII. Gregorio Pap. VII. anno Domini 1076. *h* Anno ſequenti Lādulphus Princeps obijſſe fertur, & abſque liberis vltimuſq; Princeps Beneuentanus extitit.

g *Leo Hoſt. ibid. c. 44. Baron. anno. 1080. lit. B.*

h *Falcon. in Chron. Ben. in an. 1101.*

Anno 1078. Robertus Dux iterum Beneuentum obſedit, ſed fruſtra, virtuteq; Rodulphi Pipini Comite diſſipatus, narrat Lupus Protoſpata in ſuo Chronico eod. anno.

Anno 1080. Idem Robertus Romam ſpontè ve-

niens,

niens, ſe eidem Gregorio Papæ ſubiecit, & ſe ipſius Romanæ Eccleſiæ defenſorem fideliſſimum exhibens, præſtitit eidem iuramentum, & abſolutionem ab excommunicatione obtinuit, & in gratiam Pontificis receptus eſt, quem Papa inueſtiuit de Ducatu Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ cum cenſu pro vnoquoque iugo bouum duodecim denariorum Papiēſis monetæ B. Petro, ipſi Pontifici, ſuiſq; ſucceſſoribus canonicè intrantibus quolibet anno in Reſurrectione Domini per ſeipſum, ſuoſq; hæredes soluēdo, quòd iuramento Robertus firmauit, ſub datum Ceperani 3. Kal. Iulij. *a*

a *Ex 3. vol. epiſt. eiuſd. Greg. Pa. Baron. eod. an. lit.* C. *Leo Hoſt. in lib. 3. c. 16.*

Anno Domini 1086. mortuo Gregorio Deſiderius prædictus fuit in Pontificem aſſumptus, & Victor III. appellatus, quo ſuadente, Itali Africam ingreſſi, centummillia Saracenorum occiderunt, eorumq; præcipuam Vrbem euerterunt quod Dei nutu contigiſſe clarum eſt, ex eo quod eodem die, quo Chriſtiani victores euaſerunt, eo etiam die, in Italia victoria nunciata eſt. *b*

b *Leo Hoſt. ibi. c. 27. Baron. eod. an. lit. E. & A.*

Eodemq; Pontifice iubente, Deus dedit Canonum volumen in ordinem redegit, recenſet Platina in vita ipſius Pontificis.

Anno Domini 1087. Rodulphus Macchabeus Baueuentanus Miles Comes Ciuitatis Seuerianæ (hodie Monteſcaglioſo) Caſtelli Piſticciæ, & Tappij, & aliarum Vrbium, vir Dominæ Emmæ Comitiſſæ, & ſororis Rogerij Comitis Calabriæ (qui fuit Primus Neapolitanorum Rex) ædificauit Monaſterium S. Mariæ de Piſticia, & pro dote aſſignauit Caſtellum Franculum, & Piloſum cum Terris circum adia-

adiacentibus, & Iſolam de Baſento, & inclitas Terras Salantræ,& tendimentum Montis cum quadam Eccleſia deſerta S. Andreæ; conceſſitq; poteſtatem Abbati dicti Monaſterij congregandi vaſſallos, & affidandi homines extraneos,ac animalia, accedente ad prędicta conſenſu Guillielmi,& Roberti Macchabei fratrum eiuſdem Rodulphi,vt ex inſtrumento authentico cum ſigillo plumbeo ex vna parte effigies S. Michaelis Archangeli cum his verbis, *Michael Archangelus*; & nomen, & cognomen ipſius Comitis Rodulphi ex parte altera impreſsũ. Quod extat Neapoli in Regio Archiuio Sũmariæ in Regiſtro intitulato Quinterno 104. fol. 15. Quæ Eccleſia S. Mariæ hodie extat vnita Abbatiali Eccleſia Sancti Laurentij de Padula Ordinis Carthuſianorum.

Eodem anno Domini 1087. Pontifex Victor Beneuentum Patriam ſuam ſe contulit menſe Auguſto,vbi cum Epiſcopis Calabriæ, Apulię, & Principatus Synodum celebrauit,ibiq; nonnulla memorię digna actitata ſunt, inter quæ Guibertum hæreſiarcham damnauit, in qua Pontifex grauiter infirmatus, poſt actam Synodum Caſinum rediјt, vbi 16. Kal. Octobris obiјt anno II. ſui Pontificatus, & ibi ſepultus. *d* In eius ſepultura hij verſus leguntur.

Quis fuerim, vel quid, qualis, quantuſq; doceri
Siquis fortè velit: aurea ſcripta docent.
Stirps mihi magnatum, Beneuentum Patria, nomẽ
Eſt Deſiderius: Tuq; Caſine decus,
Intactam Spõſam, Matrem, Patremq; Propinquos
Spernens huc propero: Monachus efficior:
Abbas de hinc factus ſtudui pro tempore totum

d *Leo Hoſt. in lib. 3. c. 70 & 72. Baron. eod. an. lit. E. & ſeqq. Plat. in vit. ipſius Victo.*

(*Vt*

(Vt nunc aſpicitur) hunc renouare locum.
Interea fuerim Romana clarus in Vrbe
Præsbyter Eccleſiæ, Petre Beate, tuæ.
Hinc ſenis luſtris minus anno functus honore
Victor Apoſtolicum ſcando de hinc ſolium;
Quatuor, & ſemis vix menſibus inde peractis,
Bis ſex luſtra gerens mortuus hic tumulor.
Solis Virgineo ſtabat lux vltima ſigno;
Cùm me Sol verus hinc tulit ipſe Deus.

Mortuo Victore Pap. III. fuit ad Pontificatum euectus Vrbanus Pap. II. Qua tempeſtate Roffridus Archiepiſcopus Eccleſiam S. Dionyſij ſitam extra Caſtrum Pontis S. Anaſtaſij de Comitatu Theleſino ſolemniter dicauit, quam Balduinus Rogerij filius Dominus dicti Caſtri à fundamẽtis reſtaurauit, ampliauitq; poſſeſſionibus quàmplurimis dotauit. Deinde ann. 1089. ipſam Eccleſiã Archiepiſcopo Beneuentano ſpectare Balduinus à Papa Vrbano monitus, idcircò in manibus ipſius Pontificis, & Archiepiſcopi reſtituit; Sed ipſis poſteà conſentientibus, Eccleſiam prædictam Balduinus obtulit Monaſterio Caſinenſi cum omnibus poſſeſſionibus ab ipſo donatis, vt per inſtrumentum in Monte Caſino actum anno Dom. 1089. *e*

e Ex Bibl. Caſ. in Regiſtr. Pet. Diac. pag. 224. Leo Hoſt. lib. 4. c. 16.

Anno 1091. Pontifex Vrbanus Beneuentum ſe recepit, vbi generalem Synodum collegit, & ſentẽtiam anathematis cõtra Guibertum hæreſiarcham, & omnes eius complices ſynodali iudicio cõfirmauit, recenſet Baronius in eod. ann. lit. E.

Ann. 1102. Beneuentana Ciuitas centum Nobiles ad Vrbanum Pap. II. Oratores delegauere, *f* ex quo

f Falcon. in ſuo Chron. in eodẽ ann. 1102.

Digitized by Google

quo ipſius Vrbis magnitudo facile conijci poteſt.

Anno 1105. Menſe Ianuario indict. 14. Paſchalis Pap. II. Beneuentum venit, narrat Falconius in ſuo Chron. Beneuentano.

Anno 1107. indict. 1. die 7. Septembris Roffridus Archiepiſcopus cùm ſediſſet annos trigintaunũ, menſes duos, & dies viginti migrauit ad Dominum, vt habemus ex eodem Falconio hoc eodem anno.

Anno 1108. indict. 2. menſe Nouembris Pontifex Paſcalis II. iterum Beneuentum ſe contulit, vt refert Falconius ibid.

Anno Domini 1110. Rodulphus Macchabeus miles Beneuentanus Comes Ciuitatis Seuerianæ (hodie Monteſcaglioſo) Caſtelli Piſticij, & Tappij, & aliarum Vrbium donauit pro menſa Fratrum Monaſterij S. Mariæ de Piſticia (ab ipſo fundata, vt diximus ſupra in ann. 1081.) Eccleſiam S. Andreæ de Pomarico cum omnibus iuribus, & pertinentijs, & Eccleſiam S. Nicolai de Equo, quæ ſita eſt non longè à Caſtello Ligurij, vt ex inſtrumento cum ſigillo plumbeo, quo ipſe Comes vtebatur, ex vna parte effigies S. Michaelis Archangeli cũ his verbis, *Michael Archangelus*, & nomen & cognomẽ ipſius Comitis Rodulphi ex parte altera impreſſum, quod extat Neapoli in Regio Archiuio Summariæ in Regiſtro intitulato Quinterno 104. fol. 26. Prædicta Eccleſia S. Mariæ hodie extat vnita Abbatiali Eccleſiæ S. Laurentij de Padula Ordinis Carthuſianorum.

Hæc familia habebat ius præſentandi in Eccleſia S. Saluatoris de Porta ſumma, vt ex Biblioth. Beneuent.

uent. in Regiſtro Bullarum fol. 33. in anno 1363. Cappellamq; particularem in Cathedrali habebat, vt ex ead. Biblioth. in inſtrumento Notarij Nicolai quond. Cicci de Laurentijs in ann. 1418. n. 18.

LANDVLPHVS II. Archiepiſcopus XIV. Beneuenti ordinatus à Paſchali Pap. II. de menſe Nouembris anno Domini 1108. indict. 2. *a* Vbi eodē anno Pontifex Paſchalis Synodum celebrauit, in qua inter alia eſt conſtitutum, vt ſi quis Eccleſiaſtica beneficia de manu laicorum acciperet, vterque communione priuati extant. *b*

Anno ſequenti Indict. 3. die 2. Nouembris Theſaurus Eccleſiæ S. Mariæ (quæ hodie Metropolitana eſt) fuit ab igne conſumptus, narrat in ſuo Chronico Beneuent. Falcon.

Eodem anno, Robertus Comes indict. 11. 3. Kal. Septembris conceſſit Landulpho Archiepiſcopo, & Capitulo Beneuen. Eccleſiam S. Vincentij in Oppido, & Eccleſiam S. Petri de Ciuitate S. Agathæ. *c*

Anno 1112. indict. 6. inſurgunt Beneuenti bella Ciuilia, occaſione eligendi Rectorem ipſius Ciuitatis, ob quod Ciues Beneuentani Landulphum Archiepiſcopum, & Ioannem Iudicem ad Papam Paſchalem delegant, vt eos à tali calamitate eripere dignaretur; ob quod Pōtifex die 2. Decembris Beneuentum aduenit, vbi menſe Februario anno Domini 1113. ſecundam Synodum celebrauit. *d* Bella ciuilia ſedauit, & ad Sedem ſuam remeauit. *e* Pontifex deindè aſpiciens Beneuētanam Ciuitatem varijs Prędonum perſequutionibus ex omni parte oppreſſam, & præſertim à Northmannis, idcircò menſe

a *Falcon. in eodem ann.*

b *Chronologia Eccleſiaſt. eod. ann.*
Leo Hoſt. lib. 4. c. 33.

c *Ex Bibl. Ben. in faſc. Bullar. 35. n. 144. lit. D*

d *Chronol. Eccleſ. eod. ann.*

e *Falcon. ibid. in an. 1112. & 13.*

ſe

Digitized by Google

ſe Martio eiuſdem anni 1113. Landulphum de Grȩca militem præſtantem Comeſtabulum Beneuenti conſtituit, quatenus Deo adiuuante, & ipſius prudentia, ac virtute, Ciuitas à prædarum ſolita confuſione conſiſteret, qui Landulphus non poſt multum ſui aduentus Beneuentum cum Northomannis, aliiſque circumuicinis bellum inchoauit præter Beneuentanorum volũtatem, qui præteritorum bellorum diù fatigati, oppreſſiq; valdè reperiebantur, pacem, & non bellum expoſcebant, ex quo magna populi ſeditio cõtra Comeſtabulum inſurgit; Propter quod ann. 1114. Menſe Martio Landulphum Archiepiſcopum, & Rachiſium Abbatem Monaſterij S. Modeſti ad Papam delegant, vt afflictionem, qua premebantur, exponerent, quam Pontifex magno cum cordis dolore intellexit, & ad eam ſedandam miſit Petrum Portuenſem Epiſcopum, & Romualdum Diaconum S.R.E. Cardinales, qui Populi ſeditiones placare non valentes, ad Pontificem reuertuntur. Deindè ortis differentijs inter Archiepiſcopum, & Comeſtabulum, Populi ſeditio incaleſcit, adeò vt Comeſtabulus Archiepiſcopi opera è Ciuitate exire compulſus; Vnde in Synodo Ceperana eodẽ anno menſe Octobris habita ab eodem Pontifice fuit Archiepiſcopus Landulphus è dignitate depoſitus ob multa crimina; ſed maximè, quòd excitata Beneuentani ingenti populi ſeditione, Sacrum Beuentanum Palatium galeatus inuaſiſſet, & Lãdulphũ de Græca Comeſtabulum eiuſdem Vrbis, cuſtodiæ præfectum, virumq, fortiſſimum expuliſſet, & quòd à Papa vocatus, ad Curiam ire contempſiſſet, ſuoſq;

ſequaces excommunicauit; Et Comeſtabulus fuit ſuo officio reſtitutus, cuius conſilio Eccleſia B. Mariæ Virginis, quę hodie Cathedralis eſt, fuit ampliata. *f*

f Falco. in eod. anno.

Anno 1115. indict. 8. die 3. Septembris Pontifex Paſchalis ex Troiana Ciuitate Beneuentum venit, vnde 7. Kal. Octobris Romam eſt reuerſus. *g*

g Falcon. ibid.

Anno ſequenti die 11. Auguſti Landulphus Archiepiſcopus fuit ab eod. Paſchali Pontifice ſuæ Eccleſiæ reſtitutus, notat Leo Hoſt. in lib. 4. c. 16. ſuæ Chron. Caſin. Falcon. ſub hoc eodem anno, & Baron. in anno 1114.

Anno 1117. menſe Aprilis Pontifex Paſchalis Beneuentum rurſus aduenit, vbi tertiam Synodum celebrauit. *h* qua ſoluta, ad ſuam ſedem eſt reuerſus.

h Chronol. Eccleſ. eod. ann. Leo Hoſt. lib. 4. c. 48. Falcon. in an. 1117.

Anno 1119. Archiepiſcopus Landulphus authoritate Caliſti Pap. II. Prouincialem Synodum celebrauit die 10. menſis Martij, in qua interfuerunt viginti Epiſcopi ſuffraganei, & ſex Abbates Monaſteriorum. *i* Quæ Synodus ad hæc vſque tempora legitur in Biblioth. Beneuentana.

i Falcon. in ſuo Chronic.

Hoc eodem anno die 15. Maij fuerunt inuenta Beneuenti Sanctorum Corpora Martiani, Dori, Potiti, Proſperi, Felicis, Ceruoli, atq; Stephani, & die 17. menſis eiuſdem in ſuam Cathedralem Archiepiſcopus Landulphus cum hymnis, canticis, & lampadibus quàm honorificè aſportauit, ibiq; tumulauit maxima Populi multitudine aſſociante cum lætitia inenarrabili interuenientibus tranſlationi huic Epiſcopis Frequentino, Montis Marani, & Ariani ſuffraganeis; Quorum Sanctorum inuentionem Ra-

chi-

Digitized by Google

chiſius Archidiaconus Beneuentanus maximo cum gloriæ apparatu, Populiq; lætitia, ac deuotione celebrauit, narrat idem Falconius in ſuo Chron. hoc eodem anno.

Die 4. Auguſti eiuſdem anni Archiepiſcopus Lãdulphus diem ſuum clauſit extremum, notat Falcon. ibid.

ROFRIDVS II. Archiepiſcopus XV. cum eſſet eiuſdem Eccleſiæ Beneuentanæ Archipræsbyter, fuit in Archiepiſcopum electus anno Domini 1119. menſe Auguſto, refert Falconius in ſuo Chronico Beneuentano ſub hoc eodem anno, & de eo habemus etiam in Bibliotheca Beneuent. in faſc. 13. bullarum nu. 128. lit. N.

Anno ſequenti die 8. Auguſti Caliſtus Papa Beneuentum eſt ingreſſus, & à Clericis, Monachorũq; turba, & à Præsbyteris, Ciuibuſq; omnibus, gloria, & lætitia magna ſuſceptus; Plateas ornamentis pretioſis ornarũt, infra ornamenta verò turibula aurea, & argẽtea cum odoribus, & cinamomum poſuerũt. Pedes verò Pontificis, & habenas Equi quatuor Patricij à Ponte leproſo vſque ad Portam S. Laurentij ducebant, deinde quatuor alij vſq; ad Archiepiſcopatum, ab Archiepiſcopatu autem quatuor Iudices, Ioannes Perſius, ... & Landulphus vſque ad ſacrum Palatium detulerunt. Poſtmodum paucis decurſis diebus Pontifex ad Monaſterium S. Sophiæ ſe contulit, vbi confirmauit in Abbatem eiuſdem Monaſterij Ioannem Gramaticum à Fratribus electum, quem 14. Kalen. Septembris infra Miſſarum ſolemnia conſecrauit

in

in eadem Eccleſia Sanctæ Sophiæ, qua die dedicatio Altaris Beati Mercurij Martyris celebrabatur. Deinde ab eodem Pontifice Roffridus electus Archiepiſcopus in ſua Cathedrali conſecratur die 19. Septembris, quo celebratur feſtum S. Ianuarij Martyris Epiſcopi, & Ciuis Beneuentani, interuenientibus decem Epiſcopis ſuffraganeis. *a*

a Falcon. in eod. ann.

Hoc eodem tempore fuit Beneuenti à Guilliel-mo Apuliæ Duce, & ab alijs Proceribus iuramentũ homagij, & fidelitatis eidem Caliſto Pontifici præſtitum. *b* Et eadem tempeſtate fuit è Ciuitate Beneuent. per Sparatrum Abbatem Caſinẽſem ad ſuum Monaſterium tranſlatum bracchium glorioſiſſimi Matthæi Apoſtoli. *c*

b Leo Hoſt. lib. 4 c.63. Plat. in vita Caliſti.

c Leo ibid. c.63

Anno Domini 1121. indict. 4. die 4. menſis Aprilis Archiepiſcopus Roffridus conſecrauit in Abbatiſſam S. Mariæ Portæſummæ Bethelem filiam Girardi Comitis de Græcis à Monialibus electam per mortem Labiniæ Abbatiſſæ, ad quam ſolemnitatem conuenerunt Ioannes Abbas Monaſterij S. Sophiæ, ac Rachiſius Abbas Monaſterij Sancti Modeſti. *d*

d Falcon. ibid.

Anno 1123. indict. 1. Archiepiſcopus Roffridus interfuit Synodo à Caliſto Pap. Romæ menſe Martio celebratę, & inter alia, ibi ſtatutum fuit, vt ſi quis Ciuitatem Beneuentanam ex B. Petri Apoſtoli poteſtate auferre tentaret, in anathematis maledictionem incurrat. *e*

e Falcon. ibid.

Eodem anno Caliſtus Pontifex Beneuentum aduenit, apud quem Archiepiſcopus Roffridus à quibuſdam Ciuibus accuſatus extiterat, quòd ſimonia-

cè

Digitized by Google

cè Archiepiſcopatùs honorem accepiſſet, à qua accuſatione coram eodem Pontifice ſe purgauit, refert Falconius in ſuo Chron.

Anno 1124. Roffrido Archiepiſcopo, fuit ampliata Baſilica Beneuentana, & Corpus S. Barbati ſumma veneratione die 27. Maij de vno Altari in alium recentiorem locum tranſlatum interuenientibus duobus Epiſcopis ſuffraganeis, quo tempore multa miracula ante inſepulptum corpus effluxere, quæ recenſet Falconius in ſuo Chronico ſub hoc eodem anno, vbi videre eſt.

Eodem anno 1124. die 12. menſis Decembris Caliſtus Papa obdormiuit in Domino, & in Pontificatum fuit aſſumptus Honorius Pap. II. Qui anno ſequenti Beneuentum aduenit vbi per menſes multos demoratus eſt. *g* Quo tempore ingens terræmotus Vrbem Beneuentanã per dies quindecim terribiliter afflixit, mœnia Ciuitatis diruit, Turres, & Palatia, & vniuerſa ædificia concuſſit, adeò vt retro temporibus ſimilis non fuerit recordatus. Et Pontifex Honorius cum Cardinalibus nudis pedibus cum omnibus Ciuibus ad Archiepiſcopatum, & deinde ad Eccleſiam S. Leonis Papæ pergens lacrymoſas preces ad Deum effundentes, vt à tali, tãtoq; periculo eos liberare dignaretur, & gratia accepta, Pontifex ad Sedem ſuam redijt. *h* Supranominata Eccleſia S. Leonis extabat extra Ciuitatem prope Portam ſummam, cuius veſtigia adhuc apparent.

g *Leo Hoſt. lib. 4 c. 86. & 88.*

h *Falcon. in eod. ann.*

Anno 1128. menſe Martio indict. 6. Pontifex Honorius Beneuentum reuertitur, vbi Rogerius

Co-

Comes eodem tempore aduenit cum ſuo Exercitu, & in Monte S. Felicis caſtrametatus eſt, tractaturus cum Honorio ſuper conceſſione Apuliæ; Inde pactis compoſitis inter ſe, conuenerunt die 22. Auguſti propè Pontem Maiorem, nunc Leproſum nuncupatum, vbi poſt Solis occaſum Honorius Rogerium de Ducatu Apuliæ inueſtiuit, accepto prius ab eo iuramentum homagij, & fidelitatis in conſpectu ferè vigintimillia hominum, multis enim negotijs interuenientibus, dies ille totus diſputando inter ſe, conſumptus, & quia Rogerius Ciuitatem Beneuentanam introire dubitabat, ideò Pontifex ad dictum locum acceſſit, quibus peractis, Honorius ad Sedē ſuam remeauit. *i* Deindè anno ſequenti Honorius iterum Beneuentum ſe recepit, & menſe Auguſto Franconem in Abbatem Monaſterij S. Sophię conſecrauit. K

i *Falco. in eod. anno.*

K *Falcon. ibid.*

Anno 1130. Archiepiſcopus Roffridus Corpora Sanctorum Martyrum Ianuarij Epiſcopi Beneuētani, Feſti, & Deſiderij de loco parum decenti in Baſilicam à Gualterio Archiepiſcopo Tarentino in ipſorum honorem fundatam tranſtulit magno cùm honore, Populiq; lætitia, & eodem anno Archiepiſc. Roffridus eſt vita functus. *l*

l *Falco. in eod. anno.*

LANDVLPHVS Tertius Roffridi de Garderiſio filius Pſeudo Archiepiſcopus ab Anacleto Romæ conſecratus anno Domini 1130. Quo anno Antipapa Beneuentum venit, vbi Rogerium Apuliæ Ducem, creauit Regem vtriuſq; Siciliæ, & per Cardinalem Comitem nomine, fuit in Ciuitate Panormitana in Regem coronatus die Natiuitatis Dom. *a*

a *Falco. in eod. Chron. ſub eod. ann. & Alexā. Abb. Monaſt. S. Saluatoris de valle Teleſia in vita Regis Rogerij.*

Anno

Anno 1131. Bella ciuilia Beneuenti reuiuiſcũt, ſed è Ciuitate nonnullis pulſis, qui belli fomitem alebant, arma depoſita fuere. *b*

b *Falcon. ibid.*

Anno 1132. die 12. Auguſti Landulphus PſeudoArchiepiſcop. obijt, quo tempore Rex Rogerius Ciuitatem Beneuentanam eſt depredatus ſub pacis Sacramento, viros, mulieres, pueros, animaliumq; multitudinem ſecum duxit, vineas, & poſſeſſiones igne, ferroq; deuaſtans. Neque his Rex iniquo ſuo animo ſatisfaciẽs, mandauit, vt horis omnibus circa Beneuentanam Ciuitatem Milites eius inſiſterent, & quos Ciues inuenire poſſent, captiuos ligarent, refert Falconius in ſuo Chron. ſub eodem prædicto anno.

GREGORIVS electus Archiepiſcopus XVI. anno Domini 1132. Innocentio Papa II.

Anno 1133. Beneuentum iterum ciuili bello fatigatur, vna pars Ciuium, quorum caput *R*opoltus de S. Euſtaſio Beneuentanus Ciuis primarius, partes Innocentij Papæ fouebat, Antipapæ Anacleti altera adhærebat, in quo conflictu nonnulli interierunt; Tandem fideles B. Petri totis viribus partes Innocentij ſectantes, victores extitere, fautores nonnulli Antipapæ comprehenſi vario mortis genere extincti, & ità Ciuitas Beneuentana aliquantulum quieuit. Vnde rebus ſic ſtantibus, fideles B. Petri Girardum Cardinalem Papæ Innocentij Legatum Beneuentũ introduxere, qui Repoltum Beneuenti Comeſtabulum creat. *a*

a *Falcon. ibid. ſub eod. ann.*

Anno 1134. Menſe Martio Beneuentani Ciues Gregorium electum cum quibuſdam Sacerdotibus

Digitized by Google

Piſam ad Innocentium Papam delegant, vt afflictionem Beneuentanæ Vrbis Pontifici, Piſaniſq; repræſentent, roganteſq; vt cum feſtinatione eorum calamitatibus ſubuenirent, quo tempore Anacletus Antipapa venit Beneuentum, & obſedit, & Regis Rogerij virtute Ciuitatem obtinuit, domoſq; quorundam Beneuentanorum, qui Innocentij partes fouebant, deſtrui fecit. *b*

b *Falcon. ibid.*

ROSSCIMANDVS Pſeudo Archiepiſcopus electus ab Anacleto Antipapa conſecratus ann. Domini 1134. *c* cui Pſeudo Archiepiſcopo Anacletus priuilegium fecit de loco, qui Paradiſus dicitur, vt ex bulla conceſſionis ſub datũ Beneuenti Kal. Nouembr. indict. 15. anno 1136. Pontificatus ſui anno 7. *d* Et quoniam à fautoribus Anacleti Beneuentũ occupatum detinebatur. Id propterea Innocentius Papa II. Anno 1137. copijs Lotharij II. Imperatoris fretus; & cum eo Henricus Dux Bauariæ Imperatoris Gener in eius auxilium miſſus, Caſtra mouẽs è Capuana Ciuitate, cum ingenti Exercitu deuenit ad Pontem Valentinum propè Beneuentum, vbi Caſtra locauit Kal. Iunij. Miſit deindè Dux ex parte Pontificis Nuncios, vt niſi Anathema Apoſtolicum, & Imperialem vellent incurrere iram; Beneuentum in eorum manibus remicterent. Contradicentibus autem illis, qui ex parte Antipapę erant, Nuncij vacui redierunt, nam Rogeriani Milites, qui tunc in Ciuitate erant, minimè pactis conſenſerunt, mox quingentos Milites, & trigintamillia peditum congregantes, Exercitum extra Ciuitatem contra illos pugnaturi, conſtituerunt. Ob quod Papa indignatus

c *Falc. in eod. anno.* *Baron. in ann. 1137.*

d *Ex Bibl. Ben. in faſc. 2. bull. nu. 17. lit. B. & faſc. 15. n. 146. lit. P.*

Digitized by Google

gnatus anathematis gladio Beneuentanos ferit, Ducemq; cum exercitu contra eos congredi præcipit. Sed cùm Scutiferi Ducis in prima acie terga vertiſſent; Dux euentum fortunæ alteratum perpendens, præcipit Militibus, vt fluuium tranſuadentes ad Ciuitatem properarent, & ab Aurea Porta eam inuaderent. Seditio tamen in Vrbe de rebus præſentibus erat, quibuſdam dicentibus Papæ Innocentio reddendam Ciuitatem, & iuxta patrium morem B. Petro, eiuſq; ſucceſſori deſeruire debere, alij verò nequaquam, ſed repugnare perſuadebant. Milites intereà fluuium tranſuadantes ad Ciuitatem tendebant. Beneuentani autem hoſtes contra ſe venire dum proſpiciunt, fugæ præſidium ſumunt. Hi autem, qui ex parte Ducis erant, illos inſtãtius inſequẽtes, Ciuitatem cum eis ingreſſi ſunt, atq; hoc modo Beneuentum in ditionem acceperunt.*e* Pontifex verò tunc Ciuitatem ingredi noluit, ſed inter eam Cardinalem Girardum miſit, vt ipſius nomine à Ciuibus iuramentum fidelitatis expeteret, vt & factum eſt, & Innocentius Papa ad Lotharium Imperatorẽ in obſidione Ciuitatis Barenſis exiſtentem, perrexit.*f*

e Leo Hoſt. in lib. 4. c. 105. Sigon. de Reg. Ital. in anno 1136.

f Falcon. in an. 1137.

Eodem anno 1137. die 1. Septembris Imperatrix Florida Lotharij Imperatoris vxor venit Beneuentum deuotionis cauſa viſitandi Eccleſiam glorioſiſſimi Apoſtoli Bartholomæi, & per Portam Aureã ingrediens ad Eccleſiam ipſam ſe contulit, vbi Miſſarum ſolemnia audiuit, palliumq; ſuper illius Altare, & libram vnam argenti obtulit; & deinde egrediens per mediam Ciuitatis plateam aſcendens, &

per Portam Summam exiens, ad Lotharium Imperatorem eius virum remeauit, qui propè Beneuentum iuxta fluuium Caloris ex hac parte Vbiani ad Eccleſiam S. Stephani cum Exercitu caſtrametatus erat,& cum eo Pontifex Innocētius, qui triduo poſt Beneuentum aduenit,& à Clero, vniuerſoq; Populo omni gloriæ apparatu receptus eſt. Sequenti die Pontifex in ſacro Palatio ſedens in conſpectu Cleri,& Populi clamauit,vt ſi quis contra perſonam, ſiuè electionem Gregorij Beneuentani Electi, canonicè,& rationabiliter opponere vellet, libera fronte opponeret,ſed clementia diuina opitulante, & quia Electus ipſe vitam ſuam religiosè conſtituerat, nemo Ciuium contra eius electionem obiecit. Apoſtolicus itaq; hoc aſpiciens gratias Deo agit, & ipſe de perſona,& vita Electi teſtificatus eſt,& quod die Dominico adueniente, Spiritu Sancto cooperante, conſecrationem accipiet. g

g *Falcon. ibid.*

GREGORIVS iampridem electus Archiepiſcopus XVI.& ab Innocentio Pap.II. eodem anno quo ſupra 1137. ingenti Beneuentanorum omnium lætitia fuit ſuæ Eccleſiæ reſtitutus, vbi die Dominico 5. die Septembris fuit ab ipſomet Pontifice conſecratus, in quibus cæremonijs interfuere Patriarcha Aquileiæ, & complures alij Archiepiſcopi, & Epiſcopi,refert Falconius in ſuo Chronico Beneuentano in hoc eodem anno, ſub quo Imperator Lotharius ad inſtantiam eiuſdem Pontificis priuilegium fecit Ciuitati Beneuentanæ de vinearum fidantijs, angarijs, terratico, & de omnibus redditibus, quos Northmannis reddere ſoliti erant, quibus peractis

Im-

Digitized by Google

Imperator de prædicto loco propè fluuium Caloris caſtramouens, viam Romam redeundi, arripuit, qui ante Portam Summam cum toto ſuo Exercitu tranſiuit, & Pontifex cum eodem Imperatore ad ſuam Sedem redijt die 9. Septembris. Quorum diſceſſu Rex Rogerius auditu, Exercitu congregato, ſuper nonnulla loca irruit, & vſq; ad confinia Beneuenti peruenit; Necnon & Sergium Magiſtrum Militum Ciuitatis Neapolitanæ ad ſuam adduxit fidelitatẽ; Deinde Iudices Beneuentanæ Vrbis cum alijs Ciuibus ipſum Regem adeuntes, ad Anacleti fidelitatem, & ipſius Regis amorem Ciuitatem ſubmictunt, cui Rex ad eorum, & Roſcimanni Pſeudo Arrchiepiſcopi inſtantiam, Priuilegium exemptionis fecit de vinearum fidantijs, angarijs, terratico, ac de omnibus redditibus, quos Northmannis reddere ſoliti erant, quod priuilegium recenſet Falconius de verbo ad verbum ſub hoc eod. anno.

Anno 1138. 11. Kal. Februarij fuit Ciuitas Beneuentana à magno terremotu afflicta, ita vt omnes domus corruere viſæ ſint, narrat Falconius in ſuo Chronico.

Eodem anno prima die Octobris Rex Rogerius Beneuentum venit cum ſuo Exercitu, & ipſe intra Eccleſiam S. Petri Apoſtoli propè Ciuitatem caſtrametatur. Exercitus verò totus infra Ciuitatem hoſpitatus eſt, ibique demoratus per tres dies, Rex die 4. Octobris Ciuitatem eſt ingreſſus, & Eccleſias, Ciuitatiſque palatia, & Curia Apoſtolici ſtudioſè perquiſiuit; Exercituq; refocillato, Caſtra è Ciuitate amouit. *a*

a Falco. in ſuo Chron. Beneu. in eod. ann.

Anno

Anno 1139. indict. 2. Rex Rogerius Exercitu cõgregato Beneue. venit indignatus, quia Innocentius Papa inter ſtatuta Synodo Romę celebrata hoc anno Menſe Aprilis, ipſum, ſuoſq; ſequaces excõmunicauit, qui poſt obitũ Antipapæ Anacleti ſchiſma fouit, & Gregor. Cardinalis ſua induſtria in Papã fuit electus, & Victor IV. nominatus, vt Innocentij partem impediret. Tandem poſt multa inter Innocentium Papam, & Regem Rogerium exagitata in Terra S. Germani, fuit inter eos firmata pax, maxima cũ Beneuentanorum lætitia. Et Rex ipſe, & filius eius die 7. Iulij ad pedes Pontificis veniunt, & ad ipſius Imperium flectuntur, & Beato Petro, & Innocentio Papæ, ſuiſq; ſucceſſoribus canonicè intrantibus fidelitatem promittunt, iurantque Quibus peractis, Pontifex Rogerio Regi Siciliæ Regnum, Duci eius filio Ducatum Apuliæ, Principi alteri filio Principatum Capuæ conceſſit.

Die primo Auguſti eiuſdem anni Pontifex Innocentius cum Rogerio Rege venit Beneuentum, & à Beneuentanis omni gloriæ apparatu ſuſceptus. Rex verò Rogerius propè Ciuitatẽ Caſtra locauit, Pontificemque vſque ad portam S. Laurentij ſociauit. eodem verò die poſt Veſperas Rogerius Rex Ciuitatem Beneuentanam ingreditur, & ad Palatium, vbi Pontifex erat, deuenit, Pontificiſq; pedes oſculatus, & aliquantulum cum eo demoratus, diſceſſit, & ad Epiſcopium pergit, & Eccleſias Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & B. Bartholomæi Apoſtoli ingreſſus orauit, deindè Monaſterium S. Sophiæ, & ante Altare S. Mercurij ſe proſtrauit, ex quo procedens,

Mo-

Digitized by Google

Monaſterium totum perambulauit, Monachorumq; orationibus ſe commẽdans, ex Vrbe exiuit per Portam Summam, & ad Caſtra remeauit. Et his diebus Ciues Neapolitani Beneuentum venerunt, Regiq; Rogerio ſe dederunt, eiq; fidelitatem promiſerunt, iuraueruntq; Et Roſcimannus Pſeudo Archiepiſcopus ab Anacleto Antipapa conſecratus, Beneuento fuit expulſus, & cum Domino Rege feſtinauit. Et his actis, Caſtellum, quod Roſcimandus ad Portam Summam fabricari iuſſit, Pontifex deſtrui fecit. Ordinationes, ſtatuta, ſiuè leges ab Antipapa Anacleto, & à Roſcimanno factas caſſauit, annullauitq; Et dies Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, & feſtiuitatis B. Bartholomæi Apoſtoli Pontifex Archiepiſcopatum deſcendit, & Miſſarum ſolemnia celebrauit, qui die 2. Septembris ad Sedem ſuam remeauit. *b*

b *Falcon. in anno* 1139.

Archiepiſcopum noſtrum Gregorium deinceps quietè vixiſſe in ſua Eccleſia reperimus vſque ad annum Domini 1141. vt ex Bibliotheca Beneuentana in faſc. 2. inſtrument. antiquorum num. 66. & in faſc. 21. Bullarum num. 205. litera X. Obijt die 19. Nouembris, vt ex lib. Emortuali exiſtente Capuæ in Monaſterio Monialium S. Ioannis, vt meminit D. Michael Monachus eiuſdem Ciuitatis Canonicus in Sanctuario Capuano pag. 204. Annus deſideratur, ſed obijſſe fatemur eodem prædicto anno 1141. ex eo quia anno ſequenti Eccleſiæ Beneuentanæ præeſſe inuenimus Guarmundum, vt ſequitur.

GVARMVNDVS II. Archiepiſcopus XVII. ſub eodem Innocentio Papa II. anno Domini 1142. *c* Quo anno Rex Rogerius monetam ſuam in totum

c *Ex Bibl. Ben. in faſc. 1. ſcrpt. antiq. ann.* 39.

eius

eius Regnum introduxit adeò malæ conditiònis, vt magis ænea, quàm argentea teneretur, quam Rex Ioanni S. R. E. Diacono, Beneuentanæ Vrbis Re-ctori delegauit, vt illa infra Ciuitatem reciperet; At Ioannes Rector eam vt adulterinam reijcit, quoniā ſinè Pontificis licentia illā recipere non poſſet, refert Falcon. in ſuo Chron. Beneu. eod. anno.

PETRVS Archiepiſcopus XVIII. anno Domini 1148. Eugenio Pap. III. Ex Bibliot. Beneuent. in faſcic. 3. ſcriptur. antiq. n. 69.

ARNVLPHVS electus Eugenio Pap. III. anno Domini 1151. Archiepiſcopus XIX. vt habemus ex Bibliotheca Beneuētana in faſciculo II. inſtrumen. antiquorum nu. 79. & in faſcic. 10. Bullarum nu. 98. litera R.

Anno 1154. obijt Rex Rogerius die vltimo Februarij, cui ſucceſſit Gullielmus eius filius in Regnis vtriuſq; Siciliæ, quæ feudatario iure Pater eius ab Ecclesia habuerat, narrat Platina in vita Adriani Pap. IV. & Anonymus Monach. Caſinenſis in ſuo Chron. in eod. ſupradicto anno. Qua tempeſtate Guillielmus Rex Siciliæ Beneuentana ſuburbia, & alia loca Eccleſiæ occupauit, ex quo indignatus Pontifex eum grandi notat anathemate, & Populum à iuramento illi præſtito liberat. Iſque Adrianus à Proceribus Apuliæ rogatus Beneuentum venit, & ſua præſentia maiorem Regni partem Guillielmo abſtulit. Paleologum Oratorem Emanuelis Conſtā-tinopolitani Imperatoris Beneuenti recepit, offerē-tem ſe fugaturum Guillielmum quibuſdam adiectis conditionibus.

Anno

Digitized by Google

Anno Domini 1156. Guillielmus venit Beneuẽtum ad Papam Adrianum, cum quo rebus compoſitis, ipſum ab excommunicatione abſoluit, collatoq; illi vtriuſque Regni Siciliæ titulo, & accepta ab eo fide in Eccleſia S. Martini in territorio Beneuentano propè Ciuitatem, quod nunquam quid aduerſus Romanam Eccleſiam moliretur. *a* Eumq; Regni Corona Beneuenti Adrianus Papa decorauit, *b* quibus peractis, Pontifex ad ſuam Sedẽ iter direxit.

Anno 1158. Adrianus Papa IV. in Cardinalium numero aſcripſit Albertum Sartorij de Morra aliàs Spanadcione Patricij Beneuentani filium, vir doctrina, & facundia pollens, qui in ſchiſmate Octauij Alexan. III. Pap partes tuendas ſuſcepit, narrãt Magiſt. Alphanus Ciacconius Ord. Prædic. Franciſcus Cabrera, & Adrianus Vittorellus in Hiſt. Romanorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium.

a *Blond. de Roma inſtaur. & Italia illuſt. in diſſcript. Prouinc. Aprutij pag. 210. Plat. in vita Adriani.*

b *Compend. tempor. & hiſt. Eccleſiaſt. in ann. 1156. c. 37. pag. 318.*

HENRICVS Archiepiſcop. XX. Adriano Pap. IV. anno Domini 1160. vt legitur in Bibliotheca Beneuent. in faſciculo 1. inſtrument. antiquorum n. 39. & in faſc. 12. bullar. nu. 113. lit. M.

SEBASTIANVS Archiepiſcopus XXI. an. Domini 1166. Alexandro Pap. III. *a* Qui Pontifex anno ſequenti circiter declinandæ cauſa perſequutionis Federcii Imperatoris Beneuentum ſe recepit; cuius occaſione Pontifex ſedauit differentias inter Canonicos antiqui Siponti, cum Canonicis S. Angeli de Monte Gargano, ipſoſq; vniuit, vt per bullã ſub datum Beneuenti &c. quæ extat in marmoreo portæ ipſius Eccleſiæ S. Angeli ſculpta.

a *Ex Emortuali Monaſter. S. Petri m. ſ. litt. Longob. antiq.*

Anno 1169. Pontifex Alexander ſtatuit, vt ho-

mines exteri in Ciuitate Beneuentana, & tendimēto eius hoſpitio recepti, ſi contingat eos ibi aliqua infirmitate grauari, & eligendi ſepulturam, & teſtandi de rebus ſuis legitimam habeant poteſtatem. Et ſi quis inteſtatus obijerit, res eius ſub conſcientia Gubernatoris Ciuitatis, Archiepiſcopi, & idoneorum teſtium apud dignam prædictæ Ciuitatis Eccleſiam deponantur, vt ſi fortè infra annum aliquis apparuerit, qui de iure debebat ei ſuccedere, cum integritate illi reddantur. Alioquin res eorum partim Curiæ Beneuentanæ, partim Eccleſiæ, partim Hoſpitibus diuidantur, ſub pœnis &c. ſub datum Beneuenti 9. Kal. Auguſti indict. 2. Pontificatus ſui anno 10. *b*

b *Ex Bibl. Ben. in faſc. 14. Bullarum ſignato lit. O. n. 140.*

Anno 1170. Idem Alexāder Papa è Benauentana Ciuitate ad ſuam Sedem redijt, narrat Anonym. Monach. Caſinenſ. in ſuo Chron. ſub hoc eod. anno.

IOANNES Hungarus Monachus Caſin. Abbas Strumenſis in Hungaria, Archiep. XXII. Qui contra Alexandrum Papam III. in Schiſmate creatus Paſchalis III. dictus. cùm anno 1176. opera Reipublicæ Venetæ liberè Pontificatui ceſſiſſet, ab eodem Alexandro ingrati ſui animi iudicium, Archiepiſcopus Beneuentanus factus, & in ea dignitate obijt eodem anno. *a*

a *Bibl. Caſin. in m. ſ. Codice lite. Lōgob. varior. fact.*

LOMBARDVS Archiepiſcopus XXIII. anno Domini 1177. die 10. Auguſti vniuit Eccleſiam S. Martini ſitam, vbi de Palaziola dicitur Eccleſiæ S. Andreæ de platea fundata ab Alberto de Morra S.R.E. Vice Cancellario Cardinali de Beneuento, quæ Eccleſia hodie eſt de Menſa Archidiaconatus Eccleſiæ Beneuentanæ.

a *Ex Bibl. Ben. in faſc Bullar. 10. n. 97. lit. R. Ex. Archiu. Archidiaconat. in faſcic. Priuileg. n. 1.*

Eodem

Eodem anno fuit fundata Collegiata Eccleſia S. Spiritus ab Abbate Abdenago. *b* & ex inſignibus in ipſius Abbatis Abdenagi ſepultura exiſtentibus ex Nobili Beneuentana Pantaſiorum Proſapia fuiſſe clarè Demonſtratur, à qua nobiliſſima familia prima mœnium fundamenta Limoſanẽſis Ciuitatis locata ſunt, Beneuentanorumq; priuilegio eius Ciues Beneuenti fruuntur, quia originem ſuam ab eis habere agnoſcuntur, vt ex inſignibus, & ex inſcriptione ſuper portam ipſius Ciuitatis, quę de Burgo dicitur, præmonſtratur vtrumq;

b *Ex Archiuio Colleg. Eccl. S. Spirit. inſtru. Conſtitut. ipſius.*

Anno 1579. ſunt litteræ Alexandri Pap. III. Lõbardo Archiepiſcopo noſtro, quibus aſſerit, quod volẽs eius neceſſitati, ſuæq; Eccleſiæ honeſtati prouidere, concedit ei molendinum in pede ſuburbij ſitum, & nonnulla alia bona, de quibus in ſupradictis litteris, necnon & domum de Turricella ad habitandum, & vt diſponere poſſit de quibuſdam ſuis bonis. Sub datum Signę 6. Kal. Auguſti indict. 12. Pontificatus ſui anno 20. *c*

c *Ex ead. Bibl. in 10. faſc Bullar. ſignato litt. R. n.* 100.

HEREBERTVS Archiepiſcopus XXIV. de quo Ioannes Pitſæus in libro de illuſtribus Anglię ſcriptoribus. Herebertus Boſtramus, vel Boſſehamus, id eſt ex Pago Baſham natus in Comitatu Southſaxię, Sacræ Theologiæ Doctor Oxomenſis. Vir acutus ingenio, facundus eloquio, Poeta elegans, Rhetor diſertus, Philoſophus ſubtilis, & omne ſermone terſus, & politus. Omnes Angliæ, & præcipuas quaſq; teſte Lelando, totius Galliæ ſtudiorum cauſa viſitauit Academias. Erat ab Epiſtolis S. Thomæ Caut. cuius Martyrium, & paſſionem compaſſionis oculis

P 2 aſpe-

Digitized by Google

aſpexit, & vitam ſanctam, mortemq; in conſpectu Domini pretioſam eleganti ſtylo perſcripſit, & eo quidem veracius, quo magis conſcius omnium, & oculatus fuit teſtis. In exilium eiectus à Rege; Romam vocatus à Summo Pōtifice, factus eſt Archiepiſcopus Beneuentanus, & S.R.E. Cardinalis. Monumenta doctrinæ poſt ſe reliquit hæc ſequentia.

De geſtis S. Thomæ. Caut. lib. vnum.

Defenſorium Ann. lib. vnum.

Errorum veterum inuentores, inter Epiſtol. lib. 2. duos.

De ſuis peregrinationibus lib. vnum, & alia quędā. Floruit ann. Dom. 1179. regnante in Anglia Henrico II. Hæc Pitſæus.

Item Stapſclonus in vita S. Thomæ ſic habet, *S. Thomæ vita multò copioſius, & plenius meliori methodo, & ordine maiori diligentia, & fide à quatuor viris doctiſſimis, ſeorſum conſcripta, et explicata fuit,* v3. *ab Hereberto de Hoſeam, eiq; indiuiduo ſuo Comite, poſtmodum Cardinali, & Archiepiſcopo Beneuentano.* Hæc Stapſclonus.

ROGERIVS Monachus Caſinenſis Archiepiſcopus XXV. ann. Dom. 1181. Alexandro Pap. III. & Cardinalis inde creatus Tit. S. Euſebij. Ex Bibl. Caſin. in m.ſ. Cod. litteris Lnngobardicis.

Anno 1182. die 11. Nouembris Lucio III. Pontifice Archiepiſcopus Rogerius interfuit dedicationi Templi S. Mariæ Virgiliaci Montis, vt habemus in vita Sancti Guillielmi fundatoris Congregationis Montis Virgiliaci.

Eodem anno Guillielmus II. Quiſcardus Rex Siciliæ,

ciliæ, Dux Apuliæ, & Princeps Capuæ Caſtrum Caprariæ, & Startiam Turris Palatij Eccleſiæ Sancti Andreæ de Platea intus vrbem Beneuentanam ſitæ, contemplatione Alberti de Morra S.R.E. Vice Cancellarij Cardinalis de Beneuento ipſius Eccleſiæ Fundatoris liberaliſſimè donauit, vt per ſuum Priuilegium Regio ſigillo munitum, ſubdatum in Vrbe Panormi Menſe Nouembris indi. 2., ann. Regni ſui 17. *a*

Ann. 1186. Vrbano Pap. III. Archiepiſcopus Rogerius eidem Eccleſiæ S. Andreæ vniuit Eccleſiam S. Petri de Aflan. *b*

Anno ſequēti mortuo Vrbano, fuit die 20. Octobris maximo omnium conſenſu in Pontificem electus Albertus prædictus de Morra Cardinalis de Beneuento, & Gregorius VIII. appellatus. *c* & ſtatim creatus, omni via Principes Chriſtianos adhortatur ſecum profecturos, vt Terram Sanctā, & Hieroſolymam recuperarent, & Piſas ſe contulit, vt eoſdem cum Ianuenſibus in pace copularet, & concitaret ad eam ſanctàm expeditionem. At in ea ſancta cura Piſis moritur 5. Kal. Ianuarij, cùm tantùm ſediſſet quinquagintaſeptem diebus. *d*

IOANNES Secundus Archiepiſcopus XXVI. Anno Domini 1189. Nicolao Pap. IV. Ex Bibliotheca Beneuentana in faſciculo 1. inſtrumen. antiquorum n. 39. & in faſc. 2. n. 79.

Hac eadem tēpeſtate mortuo Guillielmo Rege Siciliæ ſine prole, Regnum ad Eccleſiam ſpectabat, ſed Tancredus filius naturalis Regis Rogerij ipſum occupat; Quod Celeſtinus Pontifex ægrè ferens; Con-

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Priuil. n. 97. Ex Archiu. Archidiaconatus Eccleſ. Ben. in faſc. Priuil. n. 1*

b *Ex eod. Archiu. ibid.*

c *Ex Chronolo. Eccleſiaſt. in eod. ann.*

d *Plat. in vita ipſius Pontifice. Anony. Mona. Caſinenſ. in ſuo Chron. Compend. Tēpo. & Hiſt. Eccl. in ann. 1187. c. 51. pag. 332.*

Digitized by Google

Conſtantiam filiam legitimam, & vnicam Rogerij è Monaſterio Panormitano eduxit,& præcedente Apoſtolica diſpenſatione, Henrico VI. dedit vxorē, prout Pater Federicus viuus petierat, & ei ea conditione data fuit, vt Regnum Siciliæ dotis nomine expeteret,& cenſum debitū feudatario iure S. R. E. quotannis Pontifici ſolueret, vnde Henricus,& Cōſtantia Neapolim obſederunt, Peſte tamen coguntur abire. Nihilominus obtinuerunt Regnum victo, & occiſo Tancredo. Et ità fuit finis Regni Northmannorum in Sicilia,& Apulia,in quibus regnarunt circitèr centum ſeptuaginta annis, & ſic Regnum prædictum à Northmannis ad Germanos fuit tranſlatum. *a*

a Compendium Temp. & Hiſt. Eccle.c.53 pag. 333. Plat. in vita Caliſti Pap.

ROGERIVS Secundus Monachus Caſinenſis Archiepiſcopus XXVII. Innocentio Pap.III.Anno Domini 1198. ex Biblioth. Beneuent. in faſciculo Bullarum 10. nu. 95.lit.*R*. & in faſcic.4 inſtrument. num.69.

Anno Domini 1201. ſunt litteræ eiuſdem Innocentij Papæ Archiepiſcopo,Capitulo, & Clero Beneuentano,quibus aſſerit,quòd cùm Ciuitas Beneuentana territorium, & diſtrictum Beneuentanum à Regno,& Terris *S*iciliæ citra Pharum dudum fuerit ſeparata, & illa ſibi *R*omana Eccleſia reſeruauerit in conceſſione de eodem *R*egno facta, ideò decreuit prædictos Archiepiſcopum, Capitulum, & Clerum non teneri ad procurationem aliquam pro quibuſcunq; prouentibus Eccleſiaſticis,quod in dicta Ciuitate, territorio, ſiuè diſtricto limitato iam, vel limitando,Legatis, ſiuè Nuncijs Apoſtolicæ Sedis

Digitized by Google

dis ad regimen Regni Siciliæ, ſiuè Terris citra Pharum deſtinatis, niſi in Ciuitate Beneuentanâ, territorio, ſiuè diſtrictu in eorum litteris ſpecialis, & expreſſa mentio habeatur, & ſententias contra eos propterea proferendas, nullas, & irritas cenſuit, & aliquo interdicto ob id non ſubeſſe, nec teneri ad eius obſeruantiam, &c. ſub datum Auinioni 6. idus Februarij Pontificat. ſui ann. 3. *a*

a Ex Bibl. Ben. in faſc. 16. Bullar. n. 158 lit. P

Anno 1206. ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ, quæ tranſlatiuè regiſtratæ extant in cap. cùm à nobis. de Teſtibus, & Atteſtationibus.

Ex Archiu. Ciuit. Ben. in regiſtro Bull. pag. 16.

Hac eadem tempeſtate floruit Beneuenti in litteris Petrus, qui quintam collationem Decretalium compoſuit ex Epiſtolis tantùm Innocentij Pap. III. eiuſq; iuſſu factam, & auctoritate eadem confirmatã, & receptam, vnde Decretalis Innocentij III. vel compilatio dicitur. *b*

b Ex Portionibus Iuris Can. lib. 1. Tit. 1. c. 1. nu. 20.

Ex Hoſt. in proœm. Decretalium.

Ex Tãcredo in princip. Decret. Innoc. III.

Anno 1210. ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Archiepiſcopo, & Archidiacono Beneuentano, de quibus tranſlatiuè in cap. cùm cauſa de teſtib. & atteſtationib.

Qua tempeſtate cùm *Beneuentani* ob maximam aquæ penuriam premerentur, ita vt maxima etiam rerum inopia non ſinè graui damno expectaretur; Tunc S. Franciſcus Aſſiſienſis eò aduenit, atq; inter concionandum Populi lacrymis, precibuſque commotus, in dicto ſingulis Pater noſter, & Aue Maria. tanto ardore, ac pietate ad Deum orauit, vt vix eo expleto, ſalutarem pluuiam maximo cum omnium gaudio, & admiratione impetrauit, narrat Chronica

Ordin.

Digitized by Google

Ordin. Minor. tom. 1. lib. 2. cap. 52.

Eodem anno 1210. ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Canonicis Beneuentanis, quæ translatiuè habentur in cap. ex tenore. Quid filij ſint legit.

Ann. 1214. Petrus Beneuentanus Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Aquiro, Legatus Apoſtolicus ab Innocentio Pap. III. in Galliam mittitur, & quæ per ipſum Legatum ibi actitata ſunt fusè proſequitur Petrus Monachus Hiſtoriæ Albigentium cap. 132. cum ſeqq.

Anno 1215. Petrus Cardinalis Legatus vt ſup. celeberrimum Concilium apud Montem Peſſulanũ congregauit, & quæ ibi ſtatuta ſunt perbellè habes per eundem Petrum Monachum in ſupracitatis Hiſtorijs in cap. 148. vbi videri poſſunt, & in actis Cõcilij Montis Peſſulani apud Binium. Qui Petrus Cardinalis fuit ex nobili Beneuentana familia Collis Vaccini. & obijt die 21. Septembris, annus verò deſideratur. *c* A qua Illuſtris Familia fundata extat Eccleſia S. Mariæ Collis Vaccini, & ab ea tota illa Regio denominabatur, vt ex publicis inſtrumentis habetur, ipſaq; Eccleſia temporum iniuria ſolo equata, & in profanos vſus redacta, quæ in angulo domus D. Fabritij de Vipera infra Parochiam Sancti Martini ſita eſt.

c Ex Bibl. Ben. in Emortuali ſign. n. 148. ſub die 21. Septemb. Ex Archiu. Collegiatæ Eccl. S. Spiritus in Emortual. pag. 44. ſub die 21. Septemb.

De Archiepiſcopo noſtro Rogerio habetur etiã in vita, & actis S. Ioannis de Tufara.

Die 27. Decembris Archiepiſcopus noſter Rogerius mortuus eſt, quo autem anno, non habemus, vt ex Bibliotheca Beneuentana in Emortuali ſignato num. 148. ſed per ea, quæ in ea conſcripta ſunt, eue-

Digitized by Google

eueniſſe fatemur anno Domini 1224.

GVALDERIVS Archiepiſcopus XXVIII. Gregorio Pap. IX. anno Domini 1227. Ex Emortuali Monaſterij S. Petri Monialium litteris Longobardicis ſcripto.

VGOLINVS Archiepiſcopus XXIX. Gregorio Papa IX. anno Domini 1238. vt habemus ex Bibliotheca Beneuentana in faſciculo 11. Bullarum nu. 102. littera L. & in faſciculo 2. inſtrum antiq. nu. 66. fuit ex nobili Beneuentana familia Colnite, vt ex Emortuali Eccleſiæ Beneuentanæ, quod ſeruatur in Bibliotheca Beneuent. ſignato nu. 148. ſub die 15. & 19. Septembris.

Ann. 1239. Federicus II. Imperator magno exercitu irruit in Beneuentanam Ciuitatem, eamq; deſtruxit. *a* de qua funeſta memoria inter antiqua monumenta Archiuij Monaſterij S. Sophiæ, ij verſus leguntur. v3.

a Compend. tepo et Hiſt. Eccl. c. 62. pag. 341. Collennut. in Cop. Hiſt. Regn. Neapol. lib. 4. pag. 87.

Anno milleno, biſcentum, atq; triceno,
Ac ne fallaris adiuncto rite noueno.
Vrbs dilecta ſatis, Vrbs multæ Nobilitatis,
Vrbs dilecta nimis, dum fatis non datur imis
Nunc nimis infelix, & Cæſaris obruta Marte,
Deſolata manet, nulla reparabilis arte,
Fit ſubiecta malis, ſeruor iubet Imperialis,
Nunc luit euentum, deſtructa iacens Beneuentum.

Ex prædicta Beneuenti ruina multi Beneuentanorũ per Samnij Montes inter Aminternum, & Furconiũ antiqua, & diruta Oppida diù vagantes vnà cùm Reliquijs Caſini, & Soræ à Patrijs etiam excidijs elapſi; Tandem eiuſdem Imperatoris edicto conſti-

tere, Vrbemq; in eiſdem Montibus vbi Aquilinum dicebatur ad Regni tutamen ædificarunt, quam ad Imperij ſui felicitatem, vnitatemq; augurandã Aquilam appellauit. *b* Et non id propterea ex prædictis iniquiſſimus Imperator furorem extinxit, imò peior effectus, adeò vt aliquot poſt annos in talem rabiẽ deuenerit contra Beneuentanam Vrbem, quòd per ſuum irreuocabile decretum mandauit dirui omnes Eccleſias, quæ Beneuenti erant, necnon Ciuium Reliquias, quæ ex prædicto excidio euaſerãt, ad alia loca transferri. Sed diuina ſuccurrente miſericordia, dũ prædicta exequutioni demandare ſeaccingebat, miraculum memoriæ dignum Beneuenti ſucceſſit.

b *Collenut. ibi.*

Vir quidam ex Beneuentanis, quoſdam viros albatos, & fulgentes inuenit in Platea, qui ad inuicem loqui, & intra ſe aliqua tractare videbãtur. Qui cùm vehementer admirans, quinam eſſent, interrogaſſet? Vnus eorum reſpondit; *Iſte eſt Bartholomæus Apoſtolus cum cæteris Sanctis, quorum in hac Vrbe Eccleſiæ habebantur, vt inter ſe inquirerent, & tractarent, quali pena eſſet ille plectendus, qui eos de habitaculis ſuis eiecit. Et inter eos inuiolabili ſententia eſt firmatum, vt ille ſinè mora ad iudicium Dei accedat, de his omnibus in eius iudicio reſponſurus.* Poſt modicum verò tempus Imperator à Manfredo ſpurio filio fuit miſerabiliter extinctus anno Dom. 1250. c

c *Fr. Claud. de Rota Ord. Prædic. de geſtis S. Barth. Apoſt. in leg. Sanc. Fr. Iacob. de Vorag. eiuſdem Ordin. de geſtis eiuſd gloriſiſſ. Apoſtoli in leg. Sancto.*

Corradus Federici Imperatoris filius audito Patris obitu, ex Germania in Siciliam, & Apuliam acceſſit, & Spurius Manfredus fingẽs eius partes tueri, veneno eundẽ interimit an. 1253. Iſq; Mãfredus Eccleſiam tyrannicè vexauit, & Regnum ipſum detinuit,

tinuit, ob quod fuit ab Alexandro Papa IV. excommunicatus. *d*

Anno 1254. die 20. Maij Archiepiſcopus Vgolinus obijt, vt habetur in Biblioth. Beneuent. in Codice Emortuali n. 148.

CAPOFERRVS de CAPOFERRIS Nobilis Beneuentanus electus, Archiepiſcopus XXX. anno Domini 1255. Alexandro Pap. VI. *a.* Qui Pontifex eodem anno die 6. Nouembris indict. 13. inueſtiuit de Regno *Siciliæ* Eamundum filium Henrici Regis Anglorum, viuente adhuc Manfredo Tyranno Siciliæ. *b* Cùm autem dicta inueſtitura, Eamundo non curante, effectu caruit. Carolus Andagauenſis Comes, S. Ludouici Francorum Regis frater, inueſtituram accepit à Clemente Pap. IV. *c* vt infra habebis. Qui Archiepiſc. Capoferrus nonnullas ordinationes pro bono regimine ſuę Eccleſię fecit ſub Vrbano Pap. IV. anno 1262. quæ ad hæc vſq; tempora ſeruantur in Bibliotheca Beneuentana in libro Cõſtitutionum, qua tempeſtate Pontifex Vrbanus Milites ex Gallia reuocauit, vt Manfredo Tyranno reſiſterēt. Vnde & Iordanus Dux copiarum Manfredi ad eum reuocatus: Guelfis fautoribus Pontificis aliquam reſpirandi facultatem dedit. Iſq; Manfredus copijs comparatis ex Saracenis, ditionem Eccleſiaſticam inuaſit. Quare Vrbanus B. Ludouicum Frãciæ Regem hortatur, vt Carolum Fratrem, Ducem Andagauenſium Vxorio iure cùm armato Milite mittat, quòd ſibi animo eſſet, eundem Siciliæ, & Hieroſolymæ Regem (pulſo Manfredo) inſtituere; ſed morte preuentus, negotium incompletum remãſit.

d *Plat. in vita Alex. Pap. 4. Compend. tēpo. & Hiſtor. Eccl. ann. 1253. c. 70 & ſeq. pag. 352.*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. inſtru. 1. n. 39. Ex Archiu. Monaſt. S. Modeſti in ſacculo Machabeorum inteſtam. Iacobi Capoferrei.*

b *Baron. in an. 1097. lit. E.*

c *Baron. ibid. lit. B.*

ſit. Cui Pontifici ſucceſſit in Pontificatu Clemens Papa IV. qui Carolum prędictum accitum à prædeceſſore Vrbano pro tuitione Eccleſiæ aduerſus Mãfredum Tyrannum, recepit, & Regnum ingreſſus, tranſiens propè Beneuentum in contrata Roſiti, vbi S. Maria delle gradelle dicitur, occurrentem cum ingenti Exercitu Manfredum, collatis ſignis, profligat, & occidit. *d* Qua occaſione Vrbs Beneuentana à Carolo crudeliter diruptá fuit anno Domini 1265. ſub prætextu, quòd Manfredum receperat, tuta rerum, & funeſta memoria. Manfredi corpus fuit ſepultum propè Pontem Leproſum, olim maiorem dictum, cuius ſepulchri veſtigia adhuc videntur; Et quoniam excommunicatus obijt, fuit de ordine Põtificis eius corpus exhumatum, & ſepultum inter confinia Regni, & Campaniæ propè fluuium detto el verde, & in eius ſepultura ij verſus leguntur.

d Plat. in vita Clem. Pap. IV. Compend. Tēp. & Hiſt. Eccleſ. c. 72. & ſeq. in eod. ann. pag. 356.

Hìc iaceo Caroli Manfredus Marte ſubàctus.
Cæſaris hæredi non fuit Vrbe locus;
Sum Patrii ex odijs auſus confligere Petro.
Mars dedit hic mortem; Mors mihi cuncta tulit. e

e Collenut. in Comp. Hiſtor. Reg. Neap. lib. 4. pag. 3.

Cui Carolo Pontifex Clemens totum Regnum Siciliæ, & totam Terram, quæ eſt citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ, ſuiſq; hæredibus ex recta linea deſcendentibus in feudum conceſſit, (excepta Ciuitate Beneuentana cum toto territorio, & omnibus diſtrictibus, & pertinentijs ſuis ſecundùm antiquos fines territorij, pertinentiarum, & diſtrictus Ciuitatis eiuſdem per Romanum Pontificem diſtinctos, vel in poſterum diſtinguendos ſemel, cum ſibi placuerit, eidem Romanæ Ec-

 cleſiæ,

Digitized by Google

cleſiæ, & in eius proprietate liberè remaneat, & retinuit, & reſeruauit) cum cenſu octomillium vnciarũ auri ad pondus ipſius Regni in feſto S. Petri Apoſtoli vbicunq; Romanus Pontifex fuerit ipſo Romano Põtifici, & Romanæ Eccleſiæ annis ſingulis perſoluantur; Necnon vnum Palaphrenum album, pulchrũ, & bonum in recognitionẽ veri dominij eorundem Regni, & Terræ, cũ pacto caducitatis ſi cenſum ipſum infra certum tempus non fuerit ſolutum. Et nè ſtatuta, ſiuè leges in poſterum condere valeant, per quæ directè, vel indirectè Ciuitati Benauentanæ poſſit præiudicium generari, cum nonnullis alijs pactis, & conditionibus, &c. actum Romæ apud Lateranum in Baſilica S. Saluatoris, quæ appellatur Conſtantina, quarto *Kal.* Iunij, anno Domini Clementis Pap. IV. primo, &c. Datum Peruſij 2. Non. Nouembr. anno 1265. Pontificatus Clementis anno primo. *f* f *Baro. in ann. 1097. lit. B. et C*

Eodem anno ſunt litteræ Caroli Regis Ciuitati Beneuentanæ vbi recenſet quanta à perſecquutoribus Eccleſiæ Vrbs Beneuẽtana dura, & aſpera multarum vexationum, & grauiſſima exterminij, ſeù excidij diſpendia, quę vltimò paſſa eſt, & id propterea concedit Ciuitati Brneuentanæ pro eius reſtauratione per ſeptennium pro lignaminibus omnia nemora Regni Siciliæ, & Terræ, & omnem materiam ad ædificia oportunam, ſinè præiudicium ſingulariũ perſonarum ad vnam dietam propè Beneuentum. Necnon Ciuibus eiuſdem ſecuritatem per totum Regnum, & Terram, niſi in Regno, & Terra prædicta de nouo deliquerint, propter quod ad ipſum

Re-

Regem de iure,& iuſtitia cognitio cauſæ pertinebit. Priuilegia inſuper Beneuētanæ Ciuitati à Regibus, & Principibus conceſſa, ſeruare ſpondet illibata. Et omnia ſtatuta, & leges per quond. Federicum olim Romanorum Imparatorem, ſeù per quoſcunq; alios Reges Siciliæ factas contra libertatē Ciuitatis eiuſdem,auctoritate Regia reuocat,& annullat. Nec ſtatuta,ſiuè leges in poſterum condere, per quæ dictæ Ciuitatis directè, ſiuè indirectè poſſit præiudicium generari.

Denique pro Sede Apoſtolica, & Beati Bartholomæi Apoſtoli Patroni Ciuitatis eiuſdem reuerentia, fidantiam Ciuibus Beneuentanis remittit, quæ eſt, vt ipſi liberè poſſint proprias vineas, & terras excolere, ipſarum fruges, & fructus recolligere, & eaſdem terras,& vineas vendere, & de ipſis pro ſua voluntate diſponere ſinè aliqua exactione,vel etiam munere,vel datione, &c. vt plenius in aurea bulla Typario nomine Maieſtatis ſuæ impreſſa.ſub datum Romæ per manum Roberti de Baro Regiæ Curiæ Protonotarij 8.idus Iunij Regni ſui anno primo, quã de verbo ad verbum recenſet idem Clemens Pap. IV.in litteris ſuis Apoſtolicisdirectis Rectori,& Ciuitati Beneuentanæ ſub datum Viterbij quinto nonas Iulij Pontificatus ſui anno 2. Cuius litterarum copia apud D.Fabritium de Vipera germanum meũm ſeruatur in authentica forma.

Ann. Dom.1268. circiter, Corradinus Corradi filius Regnum inuadit,quem Carolus vicit, & occidit,& ita finis Regni Germanorum iu Sicilia,vbi regnarunt ſeptuaginta, vel octoginta annis. g

g *Platina in vit. Clem.Pap. IV.*

Ann.

Ann. 1280. circiter, floruit Beneuenti B. Daniella Ordinis Prædicatorum Petri de Vipera filia, quæ cum virginitate Religionem, cùm vita ſanctimoniā coniunxit, & inter Beatas eiuſdem Ordinis numerari meruit: *b*

Eodem anno die 17. Decembris Capoſerrus Archiepiſcopus obijt Beneuenti, & in ſua Cathedrali ſepultus, vt ex inſcriptione ipſius ſepulturæ, quæ extat propè Ciſternam, & ex Biblioth. Beneu. in Codice Emortuali. ſign. n. 148.

IOANNES Tertius cognomēto DE CASTRO COELI, Monachus Caſinenſis Propoſitus Monaſterij S. Benedicti de Capua electus à R. Capitulo Beneuētano anno Domini 1281. Martino Pap. IV. (& ſecundùm noſtrum inceptum computum extat Archiepiſcopus XXXI.) vt habemus ex Bibliotheca Beneuentana in faſciculo bullarum 18. littera S. deindè in Purpuratorū numero adſcriptus, vt ibidē. Hinc igitur amice Lector te admonitum volo, Capitulum Eccleſiæ Beneuentanæ omni tempore Archiepiſcoporum dignitatum, *a* & Canonicorum omnium electionem, & collationem plenariè habuiſſe. *b* Hodie verò præter Archiepiſcopum, & primam poſt ipſum dignitatem dumtaxat, in Menſibus Ordinarij, priuatiuè tùm quoad ipſum in omnibus, dignitates, & Canonicatus omnes ex immemorabili conſuetudine ipſiuſmet Eccleſiæ legitimè eligit, & plenariè confert.

Obijt Archiepiſcopus, & Cardinalis noſter Ioannes Beneuenti die 22. Februarij. *c* annus verò deſideratur. Fuit ipſe Beneuentanus ex nobili familia de

b *Fr. Io. Bapt. de Caſerta Ordin. Pred. Magiſt. in Tract. de Orat. Sāctiſſ. Roſarij. lib. 1. m. ſ.*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. inſt. 26. hoc ſigno oo ſignat. n. 258.*

b *Ex ead. Bibl. in faſc. electi on. ſign. lit. V.*

c *Ex ead. Bibl in Cod. Emortuali ſign. nu. 148.*

Digitized by Google

de Caſtro Cœli, vt ex ead. Bibliotheca habemus in faſciculo Inſtrumentorum Notarij Ioannis de Afflicto nu. 2.

Anno 1289. Carolus II. Rex Siciliæ fuit Romæ à Nicolao Papa II. coronatus, narrat Nicolaus Doglini in ſuo Compendio Hiſtorico in Parte 3. ſub prædicto anno.

PETRVS II. DELL'AQVILA Monachus Caſinenſis Abbas Monaſterij S. Sophię Beneuentanæ Vrbis; deinde eiuſdem Ciuitatis Archiepiſcopus XXXII. ac poſtremo S. R. E. Cardinalis à Celeſtino V. Pontifice Neapoli anno Dom. 1294. obijt anno 1299. Pontificatus Bonifacij Pap. VIII. anno V. ex Bibliotheca Caſinenſi in m. ſ. Codice, de quo etiam meminit Platina in vita ipſius Celeſtini, & Panuinius apud Summontem parte 2. Hiſtor. pag. 132.

IOANNES Quartus Archiepiſcopus XXXIII. Bonifacio Pap. VIII. anno Domini 1299. die 21. Maij Pontificatus ſui anno 5. Ex Bibliotheca Beneuentana in faſciculo 14. Bullarum num. 135. ſignato litt. O.

ADENVLFVS Archiepiſcopus XXXIV. Cui Archiepiſcopo, & Capitulo Beneuentano Ioannes Archiepiſcopus Capuanus multa bona mobilia auro, & argento contexta ad diuinum cultum ſpectantia dono tranſmiſit ann. Domini 1301. die 22. Martij Pontificatus Bonifacij VIII. anno 7. ex Biblioth. Beneuentana in faſciculo 14. Bullarum nu. 138. lit. O. quod etiam recenſet in eleganti Sanctuario Capuano Dominus D. Michael Monachus Canonicus eiuſ-

eiuſdem Ciuitatis, decretorum Doctor ſub anno 1300. fol. 262.

MONALDVS MONALDESCHI Archiepiſ. XXXV. Clemente Papa V. anno Domini 1308. *a* Letarinum ſuę Cathedralis Eccleſiæ, & Atrium Eccleſiæ S. Bartholomæi Apoſtoli fieri curauit, vt ipſius inſignia demõſtrãt, fuit de Ciuitate Oruietana.

a Ex Bibl. Ben. in faſc. 9. Bull. n. 85. lit. I. & in regiſtr. Bullar. pag. 35.

Anno 1309. Clemens Papa Regnum Siciliæ, & totam terram, quæ eſt citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ Roberto Regi, & hæredibus ſuis ex recta linea deſcendentibus (excepta Ciuitate Beneuẽtana cum ſuis finibus diſtinctis, ſiuè in poſterum diſtinguendis per Romanum Pontificem ſemel cùm ſibi placuerit) in feudum conceſſit, cum cenſu, pactis, & conditionibus, vt in præcedenti conceſſione Carolo Primo facta, vt per bullam inueſtituræ ſubdatum Auinioni die 26. Auguſti anno Domini 1309. Pontificatus ſui anno 4. Quibus acceſſit iuramentum homagij, ligij, & fidelitatis ipſius Regis Roberti aurea bulla Regię Maieſtatis impreſſa Typario communita, ſubdatum Auinioni die 29. Auguſti 7. indict. 1309. Regni ſui anno primo, cuius bullæ copia penès D. Fabritium prædictum ſeruatur.

Anno Domini 1323. die 26. Aprelis quinta indict. Guillielmus Bolocta Ciuitatis Beneuentanæ Rector, de ordine Ioannis Pap. XXI. dicti XXII. per litteras ſub annulo Piſcatoris ſibi directas, ſub datũ Auinioni 10. Kal. Octob. anno Domini 1322. Pontificatus ſui anno VI. Moniales S. Mariæ Portæ Sũmæ Ordinis S. Benedicti ad S. Petri Monialium

R eiuſ-

eiuſdem Ordinis tranſtulit cumbonis omnibus, & in ipſo Monaſterio Portæ Summæ fortilitiam, ſeù Caſtrum pro conſeruatione Ciuitatis, & Rectoris habitatione extruenda mandauit. *b*

b *Ex Archiuio Monaſt. S. Petri in faſcic. 1. inſtru. ni 1.*

Frater ARNALDVS ab aliquibus Monaldus nuncupatus de Dalmatia Ordinis Minorum Archiepiſcopus XXXVI. Qui anno Domini 1331. die 29. Nouembris idem Archiep. Monaldus confirmauit conſtitutiones Collegiatæ Eccleſiæ S. Spiritus, vt in Archiuio eiuſdem Eccleſiæ in inſtrumento Conſtitutionum.

Anno Domini 1332. fuit Archiepiſcopus noſter ob Chriſti Domini fidem martyrio coronatus apud Saracenos, vt teſtatur Antonius Poſſeuinus in apparatu ſacro tom. 2. ſcripſit ſummam Iuris Canonici, quæ aurea dicitur impreſſa Lugduni ann. Domini 1516. Scripſit etiam Quæſtiones in quatuor libros ſententiarum, & ſermones. Quæ recenſet Cardinal Bellarm. in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. in an. Domini 1320. pag. 213. Eius ſacrũ Corpus Iuſtinopoli in Ciuitate Hiſtriæ primaria extat tumulatum.

ARNALDVS Archiepiſc. XXXVII. Inſignem Baſilicam in honorem glorioſiſſimi Apoſtoli Bartholomæi Beneuentanæ Vrbis Protectoris erectam ſolemni ritu conſecrauit, qua de re adſunt litteræ Apoſtolicæ Benedicti Papæ XI. huius tenoris.

Ex Bibl. Ben. in faſc. bull. 27. n. 262. ſign. A. B.

RENEDICTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili Fratri Arnaldo Archiepiſcopo Beneuentano ſalutem, & Apaſtolicam benedictionem. Quoniam ſuſcepta de manu Domini ſupernæ benedictionis palma in peremnitate conſiſtunt laudes, & gloriæ Sanctorum,

Digitized by Google

ctorum, qui deuoto metuendi ſunt animo, & omnium veneratione colendi, vt ipſi apud diuinam clementiã, cuius viſione fruuntur, tantò promptius intercedant pro peccatoribus, quantò eorum animas, & deuotiones ad laudandum in Sanctis ſuis Dominum perſpexerint, & ad exercitium bonorum operum magis aptos. Sanè Fraternitatis tuæ petitio nobis nuper exhibita continebat, quod tu attentè conſiderans, quod Corpus Beati Bartholomæi Apoſtoli, quod olim ad tuã Beneuentanam Eccleſiam extitiſſe dicitur, miraculoſè translatum in loco indecenti, & minus idoneo ipſi Eccleſiæ contiguo conſeruatur, & propterea cupiens illud in loco honeſto, & honorabili collocari, zelo deuotionis accenſus, in quadam ſpatioſa Cappella Eccleſiæ prædictæ ſimiliter contigua, quam venerando ipſius Apoſtoli vocabulo inſignita Ciues Beneuentani iamdudum ab antiquis temporibus in honorem eiuſdem Apoſtoli conſtruxerunt, locum aptum, deuotum, et idoneum feciſti conſtrui, ac etiam præparari vbi Corpus ipſius Apoſtoli, & nonnullorum aliorum Sanctorum reliquias, quæ ſimiliter in deſpectis locis, & minus decentibus conſeruantur, ad laudem diuini nominis, ac eiuſdem Apoſtoli, & totius Curiæ Cęleſtis honorem, deuotionemq; fidelium, & animarum ſuarum ſaluti, augmentum, cum reuerentia debita, & congrua ſolẽnitate transferre deſideras, ac etiam collocare. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, vt transferendi ad dictam Cappellam Corpus eiuſdem Apoſtoli, & reliquias memoratas cum debita reuerentia, & honore, illaq; in dicto loco per te in dicta Cappella præparato, vt prædicitur, collocandi licentiam cõcedere dignaremur. Nos

 igitur

igitur deuotionem, & propoſitum tuum in hac parte multipliciter in Domino conſiderantes, illam de tua ſinceritate gerentes fiduciam, quòd ad Dei laudem, & gloriam dictorum Apoſtoli, & Sanctorum reuerentiã, & honorem, ac deuotionis, & conſolationis agumentũ Populi Catholici ſtudebis ſupradicta exequi, licentiam tibi concedimus poſtulatam; vt autem fideles Chriſti, quos ſicut nobis debito paſtoralis incumbit officij acceptabiles reddere deſideramus Altiſſimo, eo libentius ad eorundẽ Apoſtoli, & Sanctorum reuerentiam inuitentur, quoq; frequentius, & deuotius ad dictam Cappellam ad implorandam ibidem diuinam miſericordiam pro peccatis velut ad portum confluant ſalutarem, qua ſe potionis vbertate gratiæ ſentiant fecundari, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, eorum auctoritate confiſi, omnibus verè pęnitentibus, & confeſſis, qui Cappellam ipſam in feſto præfati Apoſtoli deuotè viſitauerint vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis eis pęnitentijs miſericorditer relaxamus. Datum Auinioni 4. idus Maij Pontificatus noſtri Anno tertio.

Anno 1343. ſunt litteræ Clementis Papæ VI. Archidiacono, & Capitulo Beneuentano confirmationis libertatis, & immunitatis, à Prædeceſſoribus Romanis Põtificibus per priuilegia, ſeù alias indulgentias ipſis, & Eccleſiæ Beneuentanæ conceſſas; Nec non libertatis, & exemptionis ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus, & ab alijs Chriſtifidelibus ipſis, & dictæ Eccleſiæ indultas. Sub datum Auinioni 17. Kal. Iunij Pontificatus ſui anno tertio. c

c *Ex Bibl. Bem. in faſc. Priuil. nu. 19.*

Anno

Digitized by Google

Anno 1344. Archiepiſcopus Arnaldus obijt die 22. Ianuarij indict. 11. *d*

d Ex ead. Bibl. in Cod. è mertuali, ſign. nu. 148. Et in faſcic. 19. bullar. nu. 181. litt. T.

GVILLIELMVS Archiepiſcopus XXXVIII. *e* Qui anno Domini 1346. vniuit cum conſenſu ſui Capituli Altari maiori Cappellæ Baſilicæ S. Bartholomæi Apoſtoli nonnullas Eccleſias, pro ſubſtẽtatione Presbyterorum, & ſeruientium dictæ Cappellæ, quam ſuam Cappellam nominat, recenſetq; ibi tranſlatum glorioſiſſimũ ipſius Apoſtoli corpus, vt in bulla vnionis. ſub datum Beneuenti die 1. Aprelis indict. 14. Pontificatus Clementis Pap. VI. vt habetur in Archiuio eiuſdem Eccleſiæ in faſcic. Bullarum.

e Ex Bibl. Ben. in faſc. 2. inſtr. antiq. n. 79. & in Regiſtro Bull. pag. 36.

Hoc eodem anno ſunt littere eiuſdem Pontificis ad Americum S. R. E. Cardinalem, in Regno Siciliæ citra Pharum, & Terris ob defectum minoris ætatis Reginę Ioannæ Regis Roberti Nepti ex filio vnico, Balium, Gubernatorem, & adminiſtratorem ab ipſo Pontifice, & Romana Eccleſia deputatum; cui imponitur, vt gubernium, & adminiſtrationem Regni, & Terrarum prædictarum in manus ipſius Reginæ Ioannæ ſpontè, & liberè deponat, ſtante maiori ætate, & idoneitate ipſius ad Regni gubernationem, (excepta Ciuitate Beneuentana cum toto eius territorio, & diſtrictibus omnibus, & pertinentijs ſuis per Romanum Pontificem diſtinctis, & in poſterum diſtinguendis dumtaxat exceptis) cùm receptione iuramenti homagij; ligij, & fidelitatis, ac cum obligatione ſolutionis octomillium vnciarum auri ad pondus ipſius Regni in feſto B. Petri Apoſtoli Romano Pontifici, vbicunque fuerit Romanns

Pon-

Digitized by Google

Pontifex,& Romanæ Eccleſię ſingulis annis perſoluendis, nec non Palafrenum album, pulchrum, & bonum in recognitione veri dominij eorũdem Regni,& Terrę,cum pacto caducitatis in caſu inobſeruantiæ, &c. ac cum nonnullis alijs pactis, & conditionibus,vt plenius habetur in litteris prædictis,ſub datum Auinioni 13.Kal.Decembr. Pontificatus ſui anno 3. Quæ omnia ſunt replicata in inſtrumento homagij, & fidelitatis præſtiti per Reginam Ioannam in manu eiuſdem Cardinalis Americi die vltima Auguſti indict. 12. Pontificatus Clementis Papæ VI.anno 3.Neapoli ſtipulato per manus Arnulfi Cumani de Neapoli Iuris Ciuilis Profeſſoris Locumtenentis Protonotarij Regni Siciliæ annorũ Regnorum ipſius ſecundo, cuius copia extat penès D.Fabritium de Vipera.

a Ex Bibl.Ben. in faſc.10.bull. nu.98.lit.K.

STEPHANVS Archiepiſcopus XXXIX. *a* Qui de anno Domini 1349.vniuit cum conſenſu ſui Capituli nonnulla beneficia Altari maiori Cappellæ Eccleſ. S.Bartholomæi Apoſtoli pro ſubſtentatione Presbyterorum, & ſeruientium ipſius Cappellæ, ut per bullam ſub datũ Beneuenti die 17. Iunij indict. 2.Pontificatus Clementis Pap.VI.anno 7. quæ ſeruantur in Archiuio aiuſdem Eccleſiæ in faſciculo bullarum.

Anno 1350. Stephanus Archiepiſcopus cum cõſenſu ſui Capituli erexit Eccleſiam prædictam in Collegiatam,& Cappellanos prædictos in Canonicos, & Capitulum, vbi perpetuò ſtabiliuit duodecim Clericos diuinis laudibus ſeruientes, incluſis Priore, & Decano, vt per ſuam bullam ſub datum

Bene-

Digitized by Google

Beneuenti die 15. Februarij 3. indict. Pontificatus Clementis Pap. VI. anno 8. quæ ſeruatur in eadem Collegiata in faſciculo bullarum, in eius Archiuio.

Anno 1351. Pontifex Clemens vigore conceſſionis factæ claræ memoriæ Caroli Comiti Prouinciæ Andagauenſ. de Regno Siciliæ, & Terris citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ, nominatim excepit Ciuitatem Beneuentanam, quam inſignum directi dominij, & Terrarum prædictarum ſibi, & Romanæ Eccleſiæ retinebat cũ toto eius territorio, diſtrictibus, & pertinentijs ſuis diſtinguendis, & limitandis per Romanum Pontificem pro eius beneplacito voluntatis, cui diſtinctioni, vel limitationi, ſemel bona fide faciendis ipſe Carolus, & ſucceſſores ſtare debeant abſque contradictione, & refragatione quacunque, prout ipſa diſtinctio per Apoſtolicas litteras appareret, vt latius in litteris Apoſtolicis dictæ conceſſionis ſuper hoc confectis apparet. Et ad hoc vt limitatio, ſeù diſtinctio huiuſmodi ne vlterius differatur, Clemẽs, qui ſupra, Pontifex habita informatione de finibus territorij, tendimenti, & diſtrictus prædictorum, ac vocata ad hoc Regina Ioanna legitimè comparere per ſe, vel per Procuratorem idoneum, & non curãte, declarauit Sanctitas Sua fines, & limites tendimentus, & diſtrictum, ſeù territorium Ciuitatis Beneuentanæ extitiſſe, & eſſe debere limitatum per modum, & terminos infraſcriptos. In primis Caſtrũ Pontis inhabitatum, & deindè aſcendendo ad Caſtrum Caſaldoni, Caſtrum Campilactarij, Caſtrum Fragneti Monfortis, Caſtrum Fragneti Abbatis, Ca

ſtrum

ſtrum Mõtis Leonis, Caſtrum S.Seueri, Caſtrum S. Georgij Molindariæ, Caſtrum S. Andreæ de Molindaria, Caſtrum Petræ Maioris, Caſtrum Paduli cum ſuo ſuburbio, ſeù Caſale S. Angeli, Caſtrũ Montis Mali, Caſale Templani, Caſtrum Apicij cũ Caſalibus, Caſtrum Moroni, Caſtrum Venticani, Caſtrum Montis Militum, Caſtrum Montis Aperti, Caſtrum Montis fuſculi cum caſalibus, Caſtrum Tuſij, Caſtrum Altauillæ, Caſtrum Cœppaloni, Caſtrum Petræ Sturninæ, Caſtrum S. Martini, Caſtrũ Ceruinariæ, Caſtrum Montis ſarculi, Caſtrum Tocci cum caſalibus, Caſtrum Terrçcuſij cùm Caſale Paupiſij, & alijs Caſalibus. Et omnia Caſtra, Caſalia, & loca prædicta cum ſuis pertinentijs, & territorijs vniuerſis, & etiam Caſtra, & Caſalia, & loca omnia cum ſuis pertinentijs, & alia quæcunq; quæ intradicta Caſtra, Caſalia, & loca, & eorum limites, & pertinentia ad Ciuitatem Beneuentanam perpetuò includantur, vt plenius habetur per bullam ſuper hoc expeditam ſubdatum Auinioni 7. Kal. Iunij Põtificatus ſui ann. nono, cuius copia extat in Biblioth. Beneuent. in faſcic. Priuilegiorum nu. 20. ac etiam penès D. Fabritium prædictum.

Hoc eodem anno ſunt litteræ eiuſdem Clementis Papæ Archiepiſcopo Beneuentano, quibus mandat ei, vt per ſe, ſiuè per alios ordinationem, & decretũ ſupradictũ ſolemniter publicet, & exequutioni demandare procuret, eaq; ab omnibus obſeruari faciat. Rectorem Ciuitatis Beneuentanæ, ſiuè eius Locumtenentẽ nomine Sanctitatis Suæ, Romanęq; Eccleſiæ in corporalem poſſeſſiooem prædictorum

indu-

inducat, & defendat inductum, ſibiq; ab vniuerſis, & ſingulis dictorum locorum Vaſſallis, & incolis obedientiam, & reuerentiam, aliaq; ab ipſis, & in eiuſdem locis eidem Eccleſiæ debita exhibere faciat, cum clauſulis controfacientes &c. ſubdatum Auinioni 5. Kal. Decemb. Pontificatus ſui anno nono, quarum copia extat penès eundem D. Fabritium de Vipera.

Anno Domini 1351. Archiepiſcopus obijt, vt ex Biblioth. Beneuent. in regiſtro Bullarum pag. 97.

PETRVS III. de PINO Archiepiſcop. XXXX. Anno Domini 1352. *a* Qui Innocentio Pap. VI. anno Domini 1355. edidit conſtitutiones Eccleſiæ Beneuentanæ, quæ ad hæc vſque tempora ſeruantur in Bibliotheca Beneuentana; Vbi inter alia extat declaratum, Archidiaconum Beneuẽtanum habere Diœceſim diſtinctã à Diœceſi Archiepiſcopi, in qua ipſe Archidiaconus habet totum ius Archiepiſcopale, de qua nõ debet ſe intromittere Archiepiſcopus, quæ ſunt verba ipſiuſmet conſtitutionis, & declarationis, & teſtatur D. Io: Camill. Bilocta noſter Patritius genere, & doctrina præclarus in tract. de abſolut. iuramenti lib. 2. c. 9. Et hinc eſt, quòd in cauſis appellationum non recognoſcit Archiepiſcopum, ſed ab eo immediatè appellatur ad Sedem Apoſtolicam, quòd in viridi obſeruantia eſt; Nec de alio Archidiacono cuiuſuis Metropolitanæ Eccleſiæ totius Italiæ ſimile priuilegium legitur. Cuius Archidiaconi Diœceſis Caſtra ſunt videlicet. *b* Caſtrum Cercelli. Caſtrum Pagani. . Caſtrum Forcellatæ. Terra Montis Vrſini. Caſtrum S. Angeli ad

a *Ex Bibl. Ben. in regiſtr. Bull. pag. 30. & in faſc. bull. num. 101. lit. L. & in faſc. 12. bull. n. 109. lit. M.*

b *Ex Bibl. ead. in m. ſ. Cod. cõſtitutionũ Eccl. Beneu.*

S Radi-

Digitized by Google

Radicinoſam. Rocchetella Quadrana. Quæ loca regiſtrata leguntnr in præfatis conſtitutionibus.

Quibus prædictis locis hodie eſt auctum Caſtrum Collis, olim parua Villa Caſtri Cercelli, in cuius territorio eſt poſitum, Principatuſq; hodie decoratum extat, Caſtrumq; Cercelli Marchionatus.

Prædictus Archiepiſcopus noſter fuit Beneuentanus ex nobili Proſapia de Pino ortus, à cuius familia nomen accepit tota illa regio, quæ de Pino dicitur.

HVGO GVITARDI Archiepiſcopus XLI. Vrbano Papa V. vniuit Eccleſias nonnullas Capitulo Beneuentano, vt per ſuam bullam vnionis ſub datum Beneuenti anno Domini 1368. quæ ſeruatur in Bibliotheca Beneuent. in faſciculo bullarum 13. nu. 121. litera N. & in regiſtro bullarum ibidem exiſtenti pag. 1. & 6.

Ann. 1370. die 17. Aprelis Archiepiſcopus Hugo auctoritate Gregorij Pap. XI. Prouincialem Synodum celebrauit anno nono ſui Præſulatus, interuenientibus nouem Epiſcopis ſuffraganeis, quæ ad hæc vſque tempora legitur iu Biblioth. Beneuent. Eodem anno Archiepiſcopus noſter mortuus eſt, vt ex eadem Bibliotheca in Codice Emortuali ſign. num. 148.

HVGO II. Ordinis Prædicatorum Archiepiſc. XLII. Anno Domini 1370. Gregorio Pap. XI. *a*

a Ex Bib. Ben. in regiſtr. Bull. pag. 59.

Ann. 1373. die 6. Iulij indict. 11. eiuſdem Pontificatus Gregorij Pap. XI. Archiepiſcopus noſter Hugo perpetuo vniuit Primiceriato maiori Eccleſię Beneuent. Parochialem Eccleſiam S. Pauli vt

per

per ſuas bullas ſub datum Beneuenti exiſtentes in Biblioth. Beneu. in regiſtro bullarum pag. *92*.

Ann. Domini 1378. Vrbano Pap. VI. vniuit Collegiatæ Eccleſiæ S. Bartholomæi Apoſtoli nonnullas Eccleſias, vt per ſuas bullas vnionis, quæ in Archiuio eiuſdem Eccleſiæ ſeruantur in faſciculo Bullarum. Et de eodem Archiepiſcopo habetur memoria in Bibliotheca Beneuentana in faſciculo bullarum 2. num. 1*06*. lit. L. Qui Archiepiſcopus dedit Canonicis ſuæ Cathedralis habitum hyemalẽ, qui vulgo dicebatur *lo ſcappezzone*, eratq; nigri coloris cum magno caputio, & longa cauda, & ſupter illum patientiam lineam albi coloris, vulgariter dictã *lo ſericotto*, quo habitu vſi ſunt Canonici vſque ad annum 1*6*07. Præſulatus Cardinalis Arigõnij felicis memoriæ.

Eodem ſupradicto anno 1378. ſunt litteræ eiuſdẽ Vrbani Papæ ad Reginam Ioannam, cui præcipit, & mandat, vt diſtinctionem confinium Ciuitatis, & Comitatus Beneuent. per Clementem Pap. VI. factam, exequutioni debitæ demandari faciat. ſub datum Auinioni 3. Idus Maij Pontificatus ſui anno 1. quarum copia penès eundem D. Fabritium ſeruatur.

Ann. 1383. obijt Archiepiſcopus noſter Hugo, vt ex Bibliotheca Beneuentana in regiſtro Bullarum pag. *6*1.

FRANCISCVS Archiepiſcopus XLIII. Vrbano Pap. VI. anno Domini 1383. vt habetur in Biblioth. Beneuent. in faſciculo bullarum 15. nu. 141. lit. P. & in regiſtr. Bull. pag. *6*5. & *6*7.

Digitized by Google

Ann. 1385. ortis differentijs inter eundem Pontificem,& Carolum III. Regem, Milites Caroli Vrbanum obſeſſum detinebant in Nucerino Caſtello, ſed Romondelli Vrſini virtute liberatus, incolumiſq; ad Triremes Ianuenſiũ perductus eſt, cũ quibus Ianuam ſe recepit, & Põtifex in grati ſui animi ſignum, Romondello Beneuentanæ Vrbis regimen conceſſit. Narrat Conſtantius, & Ioannes Antonius Summonte in ſuis hiſtorijs, ſed conceſſio hæc non fuit ſortita effectum.

NICOLAVS ZANASIVS de Cremona Archiepiſcopus XLIV. Vrbano Pap. VI. anno Domini 1386. vt habetur ex Bibliotheca Beneuentana in faſciculo bullarum 1.nu.6.& per Ioan.Ant.Summont.in Hiſtorijs Regni Neapol. in lib.4. pag.510.

Anno 1400. Bonifacius Pontifex IX. conceſſit Ciuitati Beneueutanæ ius regendi, & gubernandi Caſalia in eius territorio, & diſtrictu exiſtentia, vt per bullam ſub datum Romæ apud S. Petrum Kal. Septemb. Pontificatus ſui ann.XI. *a*

Anno 1403. Idem Pontifex confirmauit omnia priuilegia, ſtatuta, immunitates, & libertates Ciuitati Beneuen. conceſſas per Summos Pontifices, & Legatos, vt per ſuam bullam ſub datum Romæ Kal. Septemb. Pontificatus ſui ann.XIV. *b*

Eodem anno Pontifex conſiderans, quòd Ciuitas Beneuentana propter bella, mortalitateſq; deſolata ciuibus extabat, & niſi habitatoribuus reſtauraretur, Ciues ipſi ad defenſionem ipſius non ſufficiebant, Ideò vt omnes facilius, & libentius ad habitãdum concurrerent, conceſſit, quòd gaudeant omnibus

a *Ex Archiuio Ciuit. Beneu. in faſc. ſign. n. 2.*

b *Ex eod. Arch. in faſc. ſig. n. 3.*

bus immunitatibus, & pro quibuſcunq; criminibus, & delictis, etiam ſi hæreſis adhæſionis, & læſæ Maieſtatis crimina ſaperent. Habitatores in ea moleſtari, inquietari nec ciuiliter, nec criminaliter minimè poſſent, vt per bullam ſub datũ Romę Kal. Septemb. Pontificatus ſui ann. 14. *c*

c Ex eod. Archi. in regiſt. pag. 12

DONATVS DE AQVINO Archiepiſcopus XLV. Alexandro Pap. X. vniuit Capitulo Beneuẽtano nonnullas Eccleſias ann. Domini 1409. vt per ſuas bullas habetur in Bibliotheca Beneuent. in faſciculo bnllarum nu. 112. 117. lit. M. & faſc. 14. num. 131. lit. O.

Eodem anno Pontifex Alexander Ladislaum Regem Siciliæ quia Vrbem Romanam vexarat, Regno priuauit, illud conferens Duci Andagauenſi; qua occaſione Ciuitas Beneuentana damna, vexationeſq; grauiſſimas paſſa eſt; Idcircò Pontifex hoc anno ſcribit Ciuitati Beneuentanæ, compatiẽdo ex intimo illius anguſtijs, quas propter Sedem Apoſtolicam paſſa eſt, & concedit omnibus Beneuentanis, vt per totum Siciliæ ineundo, morando, ſeù redeundo ſub vmbra protectionis ſuæ ſecurè maneant, & ſalui cũ omnibus bonis, nec ab ipſis, vel ab aliquo ipſorum alicubi Doghanam, Thelonium, ſeù Paſſagiũ, vel alia huiuſmodi quocunq; contineãtur vocabulo, ab aliqualibus exigantur, ſed liberè in eodem Regno morari, ire, & redire cum eorum negotiationibus ſine aliqua datione permittantur. ſub datum . . . . . . 11. Kal. Maij Pontificatus ſui anno I. *a*

a Ex Arch. Ciu. Ben. in Regiſt. liter. Apoſt. pag.

Anno 1412. die 8. Aprelis indict. quinta Archiepiſcopus Donatus obdormiuit in Domino, & in ſua

Ca-

Cathedrali honorificè ſepultus. vt ex Biblioth. Beneuent. in Codice Emortuali. ſignato nu. 148. & ex ſequenti inſcriptione ſuæ ſepulturæ.

Præſulis egregij requieſcunt oſſa Donati
Hic tumulata mèi. Querar heu pro te Sãnis in æuũ
Alta Domos genuit Regni Domus inter Aquina
Hunc ſet eum melius genuerunt ſtegmata morum;
Quid queror ò mortale genus plaſma caducum,
Cum mens æterna melior pars gaudeat aura
Curſus & annorum placeat, dic verſibus illum
Mille quatricentos quę decem iungendo duobus,
Inter quos annos Inditio quinta notetur.

HVGO III. Archiepiſcopus XLVI. Ioanne Papa XXII. dicto XXIII. anno Domini 1414. *a*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Bull.*

Hoc eodem anno ſunt litteræ Ladiſlai Hungariæ, Hieruſalem, & Siciliæ Regis Archiepiſcopo, & Capitulo Beneuẽtano, quibus aſſerit, quòd annuẽs votis magnifici Caroli de Malateſta ſui cariſſimi amici, Epiſcopũ Firmianum ſuum Confeſſorem vnà cum Carolo Ludouico de Lapis Oratorem ad eum mittit, magno animi affectu rogans, & petens Brachium, vel aliquam partem reliquiarum Corporis Beatiſſimi Bartholomæi Apoſtoli, quod in eadem Ciuitate aſſeruatur, concederet; Subiungens, quòd ſi piè petitioni Caroli prædicti ſatisfaceret, Reliquias ipſas digno honore recepturus eſſet, illiſq; Tabernaculum, & altare pari deuotione pro dignitate erecturus. Et hę ſunt videlicet.

Ex Bibl. Ben. in faſc. litt. Principum ſign. n. 174. duplicato.

Reuerendo in Chriſto Patri Archiepiſcopo Beneuẽtanæ maioris Eccleſiæ, ac Capitulo, Conſiliario, et deuotis fidelibus noſtris dilectis.

La-

Digitized by Google

Ladiſlaus Rex Hungariæ, Ieruſalem, et Siciliæ.

Reuerende in Chriſto Pater Conſiliarie, et Venerabiles viri Oratores, & fideles noſtri dilecti. Cùm Magnificus Carolus de Malateſtis præcipuus noſter amicus cariſſimus vir iuſtus, & integer ad B. Bartholomæum Apoſtolum magnum gerens ſingularis deuotionis affectum, aliquid B. illius Corporis reliquiarum habere, & honorare fideli intentione deſideret; Cumq; glorioſi illius Apoſtoli Sanctum ipſum Corpus in ipſa Beneuentana ſeruetur Eccleſia, ideò & ſæpè Maieſtatem noſtram pleno animo, & deſiderio rogauit, vt huiuſmodi aliquid Beati illius Corporis reliquiarum ſuæ ardentis deuotionis ſibi condonari faceremus, & pro eo habendo paternitatem, & deuotionem veſtram, in qua confidimus, requirere, & exorare clementius dignaremur. Nos igitur attendentes integram amicitiam, qua eidem Carolo ſumus aſtricti, ob quam amicitiam ipſa lege in conferendis obſequijs mutuò debemur amicis, ac ipſius Domini iuſtitia, ac pietatis merita, animaduertentes eſſe congruum, iuſtum, ac benignum, vt tanto, taliq; . . . . . piæ, & ſingularis deuotionis deſiderio ſatisfiat, nec non conſiderantes noſtræ mentis conſultatione matura huiuſmodi ſanctis reliquijs honeſtiſſima, vt prædicitur cauſa, abſumi, nullum fore diminutionis pietatis, ac fidei, & ſinceræ deuotionis incrementum, pro quo decet, Princeps, qui regit alios obnixius operari, nec non & alijs honeſtiſſimis cauſis mentem noſtram dignè mouentibus; Paternitatem, deuotionem, et fidelitatem veſtram requirimus, & hortamur, quatenus tùm ex prælibatis rationibus, alijsq; multis, tùm noſtri intuitu, eidem Carolo

rolo amico noſtro ex illo corpore aliquid modicum, ſeù quod Reuerendus in Chriſto Pater Epiſcopus Firmanus Confeſſor noſter dixerit, quem ad Paternitatem, et deuotionem veſtram vnà cum Carolo Lodouici de Lapis Amb.ſciatore dicti Caroli dilecto præſenti aliter deſtinamus, velitis ad honorem, & fidelitatem Sacroſanctæ Chriſtianæ Religionis, ipſiuſq; Bartholomæi promptius cōdonare, et benignius impartiri, quod erit ad noſtram complacentiam ſingularem. . . . . Dominus Carolus. . . . . et potens Reliquias ipſas digno honore recipiet, et ſeruabit, illiſq; Tabernaculū, et tale Altare, et olocauſta, et deuotionis veſtrę, meritū laus, honorq; fuerit; nobis verò iuſtè, ac piè opere exoluto, ipſiq; Carolo ſacris viſis Reliquijs fides, et deuotio in melius efferueſcent. Super quibus omnibus, eiſdem Epiſcopo, et Carolo Lodouici prabete fidem. Datum in Caſtro nouo Neapolis ſub paruo noſtro ſigillo die 6. Februarij 7. Indict. Anno Domini 1414.

Ladislaus Rex manu propria.

Partes in albo dimiſſę ſunt, ex eo quia ob vetuſtate legi non poſſunt.

Mortuo Ladislao Rege eodem anno 1414. fuit Beneuentum à Regina Ioanna II. vi occupatum, quæ confirmauit omnia Priuilegia, & exemptiones conceſſas Ciuitati Beneuentanę per Ladislaū eius Fratrem, & alios Reges eius prędeceſſores, ac etiā conceſſit, vt Ciues, & alij habitatores Beneuentani, pro quibuſcunq; cauſis, etiam appellationum, extra Ciuitatem trahi non poſſint, ſed cognoſci debeant per eius Officiales, & Archiepiſcopum, & ſemper ad eos remittantur; & pro cauſis appellationum in ciui-

uilibus, quod ad dictum Archiepiſcopum, ſiuè eius Curiam recurſus habeatur, vt per eius priuilegium ſub datum Neapoli die 6. Octob. 1414. Regnorum ſuorum anno primo. *c*

Anno 1425. die 21. Menſis Martij 3. indict. Martino Pap. V. Hugo Archiepiſcop. conſtitutiones Eccleſię Beneu. partim auxit, partim innouauit. *d*

c *Ex Archi. Ciuit. Ben. in regiſtro fol. 18.*

d *Ex ead. Bibl. in lib. conſtitut. Eccleſ. Beneu.*

PAVLVS CAPRANICA Archiepiſc. XLVII. Ad cuius preces Martinus Pap. V. vniuit Capitulo Beneuentano Eccleſiam S. Ioãnis Hieroſolymitani anno Domini 1428. vt ex bulla vnionis, quæ extat in Bibliotheca Beneuent. in faſciculo 2. bullarum n. 16. & 19. lit. B.

Ann. 1429. die vltima Decembris indict. 7. obijt Archiepiſcopus Paulus, qui vixit in Archiepiſcopatu annum vnum, menſes ſex, & diem vnum, vt ex eadem Biblioth. in Codice Emortuali ſignato nu. 148.

GASPAR COLVMNA Archiepiſc. XLVIII. *a* Conſtitutiones Eccleſiæ Beneuentanæ partim auxit, & partim moderauit anno Domini 1430. Martino V. Pontifice. *b* Tumbam, & Chorum Eccleſiæ Santi Bartholomæi Apoſtoli cooperiri, Archiepiſcopaleq; Palatium reſtaurari fecit, Beneuentanam Eccleſiam pretioſiſſimis ornamentis ditauit. obijt Beneuenti die 4. Iulij ann. 1432. & in ſua Cathedrali ſepultus ante Altare maius, vt ex Biblioth. Beneuent. in Codice Emortuali ſign. n. 148. vbi de prædictis extat memoria.

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Bull. 3. n. 29. lit, C. & in faſc. 4. n. 37. lit. D.*

b *Ex ead. Bibl. in lib. conſtitut. Eccl. Beneuent.*

ASTORGIVS AGNESE Archiepiſc. XLIX. electus ab Eugenio Papa IV. anno Domini 1436. de cuius electione ſunt litteræ eiuſdem Pontificis

Digitized by Google

Capitulo,& Clero Beneuentano,per quas eis mandatur, vt Procuratores ipſius electi in pacificam Eccleſiæ poſſeſſionem,cùm aduenerint, admittant ſine aliqua exceptione. ſub datum Florentiæ apud S. Mariam Nouellam ſub annulo Piſcat. die 3. Martij ann. Dom. 1436. Pontificatus ſui ann. 5. *a*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. l. ter. in form. Bre. nu. 1. & in faſc. Bull. 3. n. 28. lit. C.*

Ann. 1440. Alphonſus Rex Beneuentū vi occupat,ſed excommunicatione Eugenij Papæ reſtituit, cùm aliter Regni inueſtituram habere non poſſet,vt habemus ex lib. 5. Commentariorum Pij Pap. Secundi.

Ann. 1441. Alphōſus Rex conceſſit Ciuitati Beneuentanæ, eiuſq; Ciuibus nonnulla priuilegia ſub datum Beneuenti die 14. Ianuarij, inter quæ extat, quòd Ciuitas ipſa conſequatur, & habeat diſtrictū aliàs per Romanos Pontifices limitatum, ſicut in eius priuilegijs continetur,& Rector ibi deinde deputandus iuriſdictionem habeat in eod. diſtrictu, ſicut in eadem Ciuitate, ſaltim per viam appellationis. *b* Quod eſt relatiuum ad bullam Clemen. Pap. VI. ex quo apparet bulla prædicta ſuum fuiſſe ſortitum effectum.

b *Ex Arca. Ciu. in faſc. Priuile. vbi extat originale.*

Ann. 1443. Eugenius Pontifex confirmauit vniones omnes beneficiorum vſq; ad illud tempus Capitulo Beneuentano factas, excepta vnione Eccleſiæ,& Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, quam expreſsè reuocat per ſuam bullam ſub datum. . . . die 1. Ianuarij anno 1443. Pontificatus ſui anno XIII. *c*

c *Ex Bibl. Ben. in faſc. 14. bull. n. 137. lit. O.*

Eodem anno Eugenius Pap. Regnum Siciliæ, & totam terrā, quæ eſt citra Pharum vſq; ad confinia

Ter-

Terrarũ Romanæ Eccleſiæ Alphonſo I. ex Aragonũ Regibus, & hæredibus ſuis ex recta linea deſcendẽtibus (excepta Ciuitate Beneuentana cum ſuo diſtrictu limitato, ſeù limitando per Romanum Pontificem ſemel cùm ſibi placuerit) in feudum conceſſit cum cenſu, pactis, & conditionibus, vt in præcedentibus inueſtituris. Quibus acceſſit iuramentum homagij, ligij, & fidelitatis ipſius Regis Alphonſi, vt in Bulla inueſtituræ ſub datũ Senis ann. Dom. 1443 idibus Iulij Pontificatus ſui ann. 13. *d*

d *Ex volum. 18. f. 2. Eugenij IV.*

Eodem anno Eugenius Pap. conceſſit eidem Alphonſo Regi quouſq; vixerit in Vicariatũ, Regimẽ, adminiſtrationem, & gubernium Ciuitatem Beneuentanam, & Terracinenſem, nec non eorum Comitatum, Terrarum, Caſtrorum, territorium, diſtrictum, pertinentiarum, & iurium vniuerſorum in temporalibus, criminibus hæreſis, læſæ Maieſtatis, falſitatis litterarum Apoſtolicarum exceptis, cum nonnullis alijs pactis, & conditionibus, vt in bulla ſuper hoc expedita ſub datum Viterbij Ann. Incarnationis Domini 1443. 8. Kal. Octob. Pontificatus ſui ann. 13. *e*

e *Ex eod. volum. quo ſup.*

Ann. 1445. Eugenius Papa concedit Archiepiſcopo noſtro Aſtorgio facultatem creandi quatuor Canonicos in ſua Cathedrali pro vna vice tantùm, vt per bullam ſub datum Romæ apud S. Petrum die 15. Ianuarij Pontificatus ſui ann. XV. *f*

f *Ex ead. Bibl in faſc. bull. 23. nu. 222. lit. Z.*

Mortuo Eugenio quidam Stephanus Porcharius nobilis Romanus Seditionem in Vrbe excitauit, Patriæ libertatem Populo præponendo, cui, Archiepiſcopus Aſtorgius cùm eſſet eo tẽpore S. R. E. Vi-

cecamerarius,ſe oppoſuit,ſeditionemq; magna cum prudentia ſedauit, & à Nicolao Papa Eugenij ſucceſſore fuit in Cardinalem promotus ann. Domini 1447. *g*

g Ex Plat. in vit. Nicolai Pap. Ex ead. Bibl. in faſcic. bull. 7. nu. 62. lit. G.

Ann. 1449. Idem Alphõſus Rex per ſuas litteras ſub datum Ottaianæ die 17. Nouembris, ſub nõnullis pœnis, & indignationis Maieſtatis ſuæ, mandat omnibus, vt Ciuitatem ipſam Beneuẽtanã, Caſalia, & homines in genere, & in ſpecie ſuper immunitatibus per ipſum conceſſis non audeant quomodolibet moleſtare. *h*

h Ex Arca Ciuitatis in faſcic. priuil. ſign. n. 2.

Ann. Domini 1450. Nicolaus Papa V. perpetuò vniuit, & annexuit Capitulo Beneuentano Eccleſiã, & Monaſterium S. Lupi cùm eſſet prius Monaſteriũ Ordinis S. Benedicti intus Beneuenti ſitum, vt per ſuam bullam ſub datum Romæ die 29. Aprelis ann. 4. ſui Pontificàtus; quæ ſeruatur in eadem Biblioth. in faſciculo bullarum 12. nu. 3. litera M. & in faſcic. 20. num. 191. lit. V. Et in prædicta Eccleſia requieſcit corpus S. Lupi Epiſcopi, eius verò caput in Cathedrali ſeruatur, de quo Santo meminit Martyrologium Romanum die 29. Iulij.

Eodem ann. die 11. Menſis Octob. Archiepiſcopus Aſtorgius Romæ obijt, & in Clauſtro Eccleſiæ Mineruæ ſepultus, ann. Sal. 1451. *i*

i Ex Bibl. Ben. in Martyrol m. ſ. antiq. die 29. Iulij ſig. n. 178.

IACOBVS RATTA Archiepiſcopus L. ordinatus à Nicolao Pap. V. Domini 1451. vt habetur ex Bibliotheca Beneuentana in faſciculo bullarum 6. nu. 55. & 60. lit. F. & in faſciculo 20. n. 196. lit. V. De quo Archiepiſcopo videntur intelligi illa verba Pij Pap. II. lib. 5. Commentariorum, quæ ſunt, v3.

Be-

Beneuentum, quod Samnitum Caput fuiſſe commemorat per id tempus ad Eccleſiam redierat: prius Alfonſo paruerat, et ante illum multos annos, vel Regibus, qui præceſſerant, vel Tyrannis. Ferdinandus excommunicatione Pio reſtituit, cùm aliter Regni conceſſionē obtinere non poſſet: iuſtum neceſſitas fecit. Pius Rauēnatem Præſulem eo tranſmiſerat, qui Vrbem pro Romana Eccleſia gubernaret. Nutabāt animi Ciuium, et Alfonſi odio infenſi filio ad francos inclinabant. loci Archiepiſcopus, qui eſſet Andegauentium partiū, dies, ac noctes Vrbem luſtrabat armatus, et aſſimilans vereri ſe, ne Cathalani per factionem aliquā intromitterentur, ſeruare Ciuitatem pro Romana Eccleſia publicè aiebat: occultè verò cum hoſtibus ſentiens, aperire illis portas adnitebatur. Occupatio Caudinæ Vallis, Romanorū olim clade memorabili, quos Samnites ſub iugum miſere, et Rauennatis cuſtodia diligens auertit. Archiepiſcopus vbi detectam fraudem intellexit, relicta plebe ſua, ad Fratrum Caſtella confugit, et quaſi priuatus homo, et Apoſtata ſui Ordinis, dimiſſo Epiſcopali habitu per Gallorum Caſtra diſcurrit. Hęc illeↄ.

Ann. 1452. Corpus S. Odonis Romæ ex nobili familia Fregipantinanti ex Arianenſi Ciuitate, cum Agareni Vrbes finitimas deuaſtarent, delatum Beneuentum, ibi vſque ad prædictum annum fuit. Quo tempore Alphonſi Aragonij Regis vtriuſq; Siciliæ decreto Arianum delatum eſt. Ex Monumentis Eccleſ. Arianenſ. ipſius S. Odonis perſona prolixò admodum ſcriptis.

NICOLAVS II. DE PICCOLOMINIBVS

Ar-

Archiepiſcopus LI. Pio Pap. II. ann. Dom. 1458. *a* Quo anno Pontifex Pius Regnum Siciliæ, & totam terram, quæ eſt citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Eccleſiæ Romanæ, Ferdinando de Aragonia, & hæredibus ſuis ex recta linea deſcendentibus (præuia eius perſonæ legitimatione Apoſtolica per Eugenium Pap. IV. ſub datum Romæ apud S. Petrum anno Domini 1444. idibus Iulij Pontificatus ſui ann. 13.) conceſſit in feudum (excepta Ciuitate Beneuen. cum ſuo diſtrictu limitato, iam vel limitando per Romanum Pontificem) cum cenſu, pactis, & conditionibus, & clauſulis, vt in præcedentibus inueſtituris; quibus acceſſit iuramentum homagij, ligij, & fidelitatis ipſius Ferdinandi, vt habetur in bulla inueſtituræ, ſub datum Romæ apud S. Petrum ann. Dominicæ incarnationis 1458. 4. idus Nouēbris Pontificatus ſui anno primo. *b*

a Ex Bibl. Ben. in faſc. 5. Bull. nu. 47. lit. E.

b Ex volu. 20. Pij Pap. II. pag 255. vbi extat regiſtratum iuramentum.

Anno 1459. Pontifex Pius confirmauit omnia priuilegia per Romanos Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes Ciuitati, & Ciuibus Beneuentanis conceſſa, nec non conceſſit, vt cauſæ ciuiles in primis, & ſecundis inſtantijs extra Ciuitatem cognoſci non poſſint, & ſi fortè extra eam traherentur, minimè reſpondere teneantur.

Item conceſſit Archiepiſcopo Beneuentano medios fructus ſuæ Diæceſis, qui in reparationem, & fabricam Eccleſiæ Cathedralis conuerti debeant.

Itèm ius condendi, & corrigendi leges Ciuitati Beneuentanæ conceſſit, dumodò Eccleſiæ Romanæ, aut Camæræ Apoſtolicę, ſeù Eccleſiaſticę libertatis minimè præiudicent, vt per bullam ſub datum

Man-

Mantuæ anno incarnationis Dominicæ 1459. Nonis Septemb. Pontificatus ſui anno 2. Quæ extat regiſtrata in libro Statutorum Ciuitatis Beneuentanę pag. 128.

ALEXIVS DE CAESARI Senenſis Archiepiſcopus LII. Pio Pap. II. anno Domini 1462. Qui obdormiuit in Domino anno 1464. Paulo Papa II. cuius Archiepiſcopi obitus occaſione, ſunt eodem anno litteræ eiuſdem Pontificis Pauli Capitulo, & & Archipresbytero Eccleſiæ Beneuentanæ, quibus præcipit, & mandat, vt res, pæcuniæ, & bona ad Eccleſiam Beneuentanam ob mortem bonę memoriæ Alexij Archiepiſcopi ſpectantes, diligenter in manibus eorum habere procurent, & ad inſtantiam Sanctitatis ſuæ conſeruent, ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 28. Septembris 1464. Pontificatus ſui anno primo, quæ ſeruantur in Bibliotheca Beneuent. in faſcic. litterarum Apoſtolicarum in forma breui, ſub annulo Piſcat. n. 3. lit. *R.* faſc. 17.

NICOLAVS III. Archiepiſcopus LIII. Paulo Pap. II. anno Domini 1464. *a* Qui Pontifex per ſuas litteras ſub datum Romæ ſub annulo Piſcatoris die 22. Septembris eiuſdem anni 1464. Pontificatus ſui anno primo, directas Vicario eiuſdem Archiepiſcopi, mandat vt tranſumptum Priuilegiorum Beneuentanæ Eccleſiæ in publicam formam fieri faciat, & ad ipſum tranſmittat, quod & factum eſt. *b* Eodem anno ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Capitulo, & Archipresbytero Eccleſiæ Beneuentanæ, quibus præcipit, & mandat, vt res, & bona quæcun-

que

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Priuileg. nu. 1.*

b *Ex ead. Bibl. ibidem.*

Digitized by Google

que poſt obitum Alexij Archiepiſcopi Beneuentani relicta, quæ in manibus ipſorum ad inſtantiam Sanctitatis Suæ ſeruantur, & Vicario Nicolai Moderni Archiepiſcopi conſignent, ex eo quia ipſa bona omnia ad ipſum Archiepiſcopum ſpectare ſecernit, ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 1. Decembris 1464. Pontificatus ſui anno primo. *c*

c *Ex ead. Bibl. in faſc. litterar. Apoſtolic. ſub anulo Piſcat n 4. lit. R. faſc. 17.*

Ann. 1467. Archiepiſcopus Nicolaus obdormiuit in Domino, cuius occaſione ſunt litteræ eiuſdem Papæ Pauli Capitulo Eccleſiæ Beneuentanæ directæ, in quibus aſſerit, quod cùm ipſa Eccleſia Beneuentana vacet per obitum quondam Nicolai vltimi Archiepiſcopi, committit, & mandat eis, vt ſupellectilia, fructus, res, & bona Archiepiſcopalis menſæ integrè conſeruari procurent, donec ipſi Eccleſiæ de Archiepiſcopo prouideatur, ſub datum Romæ apud S. Marcum ſub anulo Piſcatoris die 11. Octobris 1467.. Pontificatus ſui anno 4. *d*

d *Ex ead. Bibl. in ead. faſc. n. 2.*

CORRADVS CAPYCIVS Archiepiſcopus LIV. Sixto Pap. IV. anno Domini 1473. *a* Quo anno ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Gubernatori Cõſulibus, & Ciuitati Beneuentanę, quibus eis pręcipit ſub pœna decemmillium ducatorum auri, vt Craſſatores, publicarum viarum, Aſſaſſinos, Fabricatores adulterinæ monetæ, committentes crimen læſæ Maieſtatis, & inijcientes manus in perſonas Eccleſiaſticas, aut de his ſuſpectos à Regno Siciliæ citra Pharum ad ipſos fugientes, recipere, aut fouere clam, vel palam non debeant, quinimmò tales expellant, ſub datum. . . . . . ſub anulo Piſcatoris die 19. Martij 1473. *b*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. 1. Bullarum n. 7. lit. A.*

b *Ex Archiuio Ciuit. Beneu. in regiſtr. pag. 83.*

Anno

Digitized by Google

Anno 1476. fuit eidem Archiepiſcopo ſublata ab eodem Pontifice Sixto prærogatiua prȩferendi Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum in actu viſitationis ſuæ Diœceſis, vt ſui Prȩdeceſſores vſq;ad illud tempus vſi fuere, & confirmatus vſus Pontificalis Camauri cum vna Corona gemmata, & ſuas bullarum expeditiones plumbeo ſigillo muniendi.

Anno 1477. vrgebat Beneuenti ciuile bellum, pro quo ſedando Pontifex Sixtus deſtinauit Nuncium Ioannem Aloyſium Toſcanum Mediolanensẽ Cameræ Apoſtolicæ Generalem Auditorrm, vt per litteras ſub anulo Piſcatoris ſub datum Romæ die c . . . . . .

c *Ex eod. Archiu. & regiſtr. pag. 33.*

Anno ſequenti ſunt litteræ eiuſdem Pontificis ad Conſules, & Ciuitatem Beneuentanã, quibus aſſerit, peculiari amore illam obſeruare, & quòd cũ magna animi lætitia ab Auditore Cameræ, quem in ipſam Ciuitatem pro bono ſtatus ipſius miſerat, intellexit idem, deuotionem, & obedientiam ſingularem erga ipſum, & Sanctam Sedem Apoſtolicam, quod non aliter putabat, præſertim cùm ab antiquo tempore S.R.E. Ciuitas ipſa affectionatiſſima, fideliſſimaq; fuerat; Hortatur eãdem paterno affectu, vt quieti, & bono regimini inuigilent, & in eadem fide, obedientia, & deuotione ardentius perſeuerent, ſicut firmiter tenet, & ita futurum eſſe pollicetur, & ipſum, & Sedem Apoſtolicam ſemper ad omnia eorum commoda prontiſſimos inuenient, ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die 29. Aprelis 1478. Pontificatus ſui anno ſeptimo. Quæ litteræ extant in Archiuio eiuſdem Ci-

Digitized by Google

uitatis in faſciculo bullarum num. 15.

Eodem anno 1478. Pontifex Sixtus conceſſit Beneuentanæ Ciuitati, vt Hoſpitale vnà cum Eccleſia S. Mariæ Annunciationis eiuſdem Ciuitatis cum illius Rectoribus, perſonis, rebus, bonis, iuribus, & pertinentijs ab omni iuriſdictione Archiepiſcopi Beneuentani, & aliorum Ordinariorum quorumcũque exemptum, & liberum, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectũ ſtatuit. Et quod Archiepiſcopus, alijq; Iudices ratione delicti, ſeù contractus, aut rei, aliqua ageretur, vbicunque committatur delictum, contractus, aut res ipſa conſiſtat, nullam in Hoſpitalem, Rectores, perſonas, res, bona, iura, & pertinentias prędictas poſſint iuriſdictionem, poteſtatem, & dominium exercere, ſed tantùm coram dicta Sede Apoſtolica, vel Legatis ab ea de iuſtitia reſpondere teneantur. Item quod Hoſpitale pro elemoſynis, legatis, & relictis non teneatur ad aliquam partem, ſiuè ſolutionẽ Archiepiſcopo Beneuentano, & alijs, vt ex litteris ſub datum Romæ 4. Idus Iunij anno Domini 1478. Pontificatus ſui anno ſeptimo, quæ leguntur in libro ſtatutorum eiuſdem Ciuitatis pagina 33.

Qui Pontifex Sixtus attendens, quòd beneficia Ciuitatis, & Diœceſis Beneuentanæ piè, & deuotè inſtituta, & fundata fuerint, & ne in ſpiritualibus, & temporalibus detrimentum patiantur, dum exteris, & alienigenis conferuntur; ſtatuit irrefragabili conſtitutione, quòd nullus deinceps forenſis, aut alienigena, qui inibi ſuam perpetuam non elegerit mãſionem, cuiuſcunque ſtatus fuerit, vigore quarumcunque

cunque gratiarum, & ordinationum, collationum, prouiſionum, præſentationum ſub quibuſcunque formis conceſſorum, at in poſterum concedendorũ, irritum, & inanè quicquid factum fuerit, &c. vt per ſuas litteras ſub datum Romæ 12. Kal. Iulij 1478. Pontificatus ſui anno ſeptimo. Quæ ſeruantur in Archiuio eiuſdem Ciuitatis in faſc.nu.15.

Idem Pontifex Sixtus ad ſupplicationem Ciuitatis Beneuentanæ reuocat litteras inhibitoriales, & exemptionis à iuriſdictione Archidiaconi Beneuẽtani conceſſas Fratribus Prædicatoribus, Heremitis S. Auguſtini, & Minoribus eiuſdem Ciuitatis, mandans per ſuas litteras, vt ſimul cum alijs exemptis ſubeſſent iuriſdictioni Archidiaconi iuxta tenorem litterarum Apoſtolicarum felicis recordationis Bonifacij Pap. VIII. & Eugenij IV. & proinde mandat Archiepiſcopo Beneuẽtano, vt dictos Fratres, quoties opus fuiſſet, ad ſtandum huiuſmodi iuriſdictioni cogeret, &c. vt in litteris ſub anulo Piſcatoris ſub datum Romæ anno Domini 1478. die 12. Septembris Pontificatus ſui anno octauo. quæ habentur in eodem Archiuio Ciuitatis eiuſdem in regiſtro pagina 82.

Anno 1480. ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Sixti Theſaurario, octo Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ, per quas Pontifex declarat Clerum Beneuentanum non teneri ad gabellas de fructibus, & prouentibus ex beneficijs, & ſimiliter ex bonis patrimonialibus, & ſpecialiter ratione perſonarum ſuarum ſibi ſpectantibus, & recolligendis de proprijs bonis tàm in intromittendo, quàm in ven-

Digitized by Google

dendo, nullatenus adſtringi, aut aliter cogi, vel exigi eb eis aliquid poſſit; ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 28. Octobris 1480. anno Pontificatus ſui decimo, quæ ſeruantur in Bibliotheca Beneuẽtana in faſciculo litterarum Apoſtolicarum ſub anulo Piſcatoris nu. 5. lit. R. faſciculo 17.

Anno 1482. Archiepiſcopus Corradus ad meliorem migrauit vitam, vt habetur ex Bibliotheca in ſupradicto faſc. nu. 8.

21 Eodem anno Ferdinandus Rex Siciliæ nonnulla priuilegia Ciuitati Beneuentanæ, eiuſq; ciuibus cõceſſit, interq; extat, quòd poſſeſſiones per Beneuentanos in Regno poſſeſſæ, exemptæ ſint, & immunes à collectis, & alijs ſolutionibus. Item quòd Beneuentani ſint franchi, & exempti per totum Regnum, etiam in Ciuitate Neapolis, & ſuis *D*oghanis ab omni ſolutione, & plateatico, & alijs quibuſcunque pro bonis, & trafichis Beneuentanorum, exceptis iuribus debitis in sbarris Ciuitatis Neapolis. Itẽ, quòd damna per animalia Beneuentanorum facta, Patroni tantummodo obligati ſint ad emendam damni, vt plenius in ipſo priuilegio habetur Neapoli expedito ſub die 20. Auguſti ann. Dom. 1482. Regnorum ſuorum ann. 25. quod extat regiſtratum in regiſtro priuilegiorum pagina 27. exiſtenti in eodem ſupradicto Archiuio Ciuitatis Beneuentanæ.

Eodẽ ann. 1482. ſunt litteræ eiuſdẽ Regis Ferdinandi Capitulo, & Clero Beneuentano ſub datum Neapoli in Caſtro Nouo die prima Septembris,

quibus

Digitized by Google

quibus aſſerit, quòd facta per ipſum electione de Archiepiſcopo Ciuitatis Beneuentanæ in perſona Protonotarij Laurentij Çolumnæ, qui vt gubernium ipſius Eccleſiæ optimo ordine dirigatur, elegit in Vicarium Generalem Bartholomęum de Cirilliano Decretorum Doctorem Canonicum S. Petri de Vrbe, rogans, & exortans eos, vt eundem Bartholomæum in Vicarium recipiant, debitamq; reuerentiam, & obedientiam ei præſtent, prout alijs Vicarijs ſoliti fuerant, reuocata quauis alia electione de Vicario facta, &c. Quibus litteris lectis Capitulum, & Clerus Oratores ad Regem delegant, vt prædicta cum ipſo cõſultent, ne propter id, tanquam mittentes falcem in meſſem alienam, in aliquam pœnã incidant, cùm quo functo eorum officio. Rex ſecundas eis dedit litteras ſub datum Neapoli in Caſtro Nouo die decima Septembris eiuſdem anni 1482. Continentes, vt bona omnia prædeceſſoris Archiepiſcopi ſucceſſori illius, Protonotario Columnæ electo, & pro eo Bartholomæo de Cirilliano conſignent, illumq; in Vicarium recipiant ſub indignatione Regiæ Maieſtatis. Quibus litteris lectis, Capitulum, & Clerus coram eodem Bartholomæo conſtituti, proteſtati fuere, vt ab officio Vicariatus abſtineret vti intruſus, & vti talem ipſum habentes, qua proteſtatione præmiſſa ipſum receperunt, Regiam indignationem veriti; quæ habentur in Bibliotheca Beneuentanæ in faſciculo inſtrumentorum Notarij Antonij Ruſſi num. 7. Vnde rebus ſic ſtantibus, Capitulum, & Clerus per ſuos Oratores ad Pontificẽ Sixtum delegatos prædicta ad eius pedes repræsẽtarunt;

Digitized by Google

tarunt; Et electio prædicta per Regem facta, effectu caruit, & paucis inde decurſis diebus, fuit per Pontificem Sixtum electus in Archiepiſcopatum Beneuetanum Leonardus Griffus Epiſcopus Gubienſis, vt infra. De prædicto Protonotario Laurentio Columna meminit Platina in vita ipſius Sixti Papæ.

LEONARDVS GRIFFVS Archiepiſcopus LV. ordinatus ab eodem Sixto Papa IV. anno Domini 1482. Quo anno ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Capitulo Beneuentano, quibus aſſerit, quòd cũ vacaſſet Eccleſia Beneuentana per obitum bonæ memoriæ Corradi Archiepiſcopi vltimi poſſeſſoris, elegit in Archiepiſcopum Leonardum Epiſcopum Gubienſem ſuum familiarem. Præcipit, vt fructus, & redditus ad Archiepiſcopalem mensam pertinentes conſeruentur, nec non ſpolia bonæ memoriæ Archiepiſcopi prædefuncti ad ſucceſſorem legitimè ſpectantia fideliter cuſtodiantur, ipſiſque mandat, vt circa hoc diligentem curam, & cuſtodiã adhibeant, ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris, die 1. Nouembris 1482. Pontificatus ſui anno 12. *a*

a Ex Bibl. Ben. in faſc. lit. Apoſtol. ſub anulo Piſc. n. 8. lit. A. faſcic. 17. & in faſc. bull. 4. nu. 40. lit. D.

Anno 1483. Pontifex Sixtus denuò confirmauit gratiam aliàs factam Ciuitati Beneuentanæ, vt beneficia nonniſi Ciuibus cõferanrur, voluitq; locum habere apud omnes, præterquàm ad familiares Archiepiſcopi Beneuentani, quibus ipſa beneficia liberè conferri poſſe declarauit, vt in litteris Apoſtolicis ſub datum Romæ die 18. Martij ann. 1483. Põtificatus ſui anno 12. *b*

b Ex Archiuio Ciuit. Ben. in regiſt. pag. 83.

Ann. 1485. Mortuo Sixto Pap. fuit in Pontificem ele-

Digitized by Google

electus Innocentius Papa VIII. Qui in ſignum paternæ beneuolentiæ, Conſulibus, Ciuitatiq; Beneuentanæ tanquam dilectiſſimis filijs donauit vexillum eius armis inſignitum, illud per Oratores Beneuẽtanos eis tranſmiſit, vt clarius agnoſcant Ciuitatem ipſam ſub Romanæ Eccleſiæ protectione foueri. vt per litteras ſub anulo Piſcatoris ſub datũ Romæ die 15. Ianuarij ann. 1485. Pontificatus ſui anno primo. *c*

Ann. 1486. Cùm Ciuitas Beneuentana oppreſſiones, damna, multaq; incommoda occaſione belli inter Innocentium Papam, & Ferdinandum Regem paſſa ſit; Hac de cauſa hoc anno ſunt littere eiuſdẽ Pontificis Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ, in quibus Pontifex laudat ſinceritatem, fidem, & diligentiam Beneuẽtanorum, dolens plurimum de eorum incommodis, & damnis, hortaturq; eos ad pacientiam, & pollicetur non obliuiſci eorum, qui tanta paſſi fuerant pro eo, & ſtatu S.R.E. &c. ſub datũ Romæ ſub anulo Piſcatoris die 21. Maij anno Domini 1486. Pontificatus ſui anno ſecundo. *d*

LAVRENTIVS Cardinalis CIBO, Innocentij Pap. VIII. Nepos, Archiepiſcopus LVI. ordinatus anno Domini 1486. vt per litteras Apoſtolicas ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 16. Ianuarij Pontificatus ſui anno ſecundo. *a*

Ann. 1488. Archiepiſcopus noſter Beneuentum aduenit, cuius occaſione ſunt litteræ Innocentij Papæ Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ, quibus eos hortatur, & mandat, vt Laurentium Cibo Ar-

chie-

c *Ex eod. Arch. in faſc. n. 4.*

d *Ex eod. Archiu. Ciuit. faſcic. ſign. n. 7.*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Bull. 17 n. 169. lit. R.*

Digitized by Google

chiepiſcopum Beneuentanum ſuum Nepotem ad ipſam Ciuitatem venientem debito honore recipiant, eiuſq; ordinibus pareant, illiq; fidem adhibeant circa nonnulla nomine ipſius, Ciuitati referendam. ſub datum Romæ ſub anulo Piſcatoris die 29. Aprelis anno Domini 1488. Pontificatus ſui anno 4. *b* Qui Archiepiſcopus locum Capituli Beneuentani ædificauit, & Canonicis biretum rubeum reſtituit, ſeù donare curauit, vt ex proceſſu ſuper hoc formato exiſtenti in Archiuio Curiæ Archiepiſcopalis Beneuent.

b *Ex Archi. Ciuit. Ben. faſcic. ſign. n. 12.*

Anno 1491. Innocentius Pontifex conſtituit Vicarium Archiepiſcopi Beneuẽtani Iudicem appellationum omnium cauſarum tàm ciuilium, quàm criminalium Ciuitatis Beneuentanæ; Dumodo delinquentes non veniant puniendi pœna corporis afflictiua, iuxtà tenorem priuilegij eidem conceſſi à felici recordatioue Pij Pap. II. Et inſuper Beneuẽtani in quibuſcunque cauſis ciuilibus, in primis, & ſecundis inſtantijs, & medijs cauſis extra Ciuitatem ipſam trahi, nec reſpondere cogi poſſint, vt in litteris Apoſtolicis ſub anulo Piſcatoris expeditis ſub datum Romæ die 18. Iunij ann. Domini 1491. Pontificatus ſui anno ſeptimo. *c*

c *Ex eod. Archiu. in regiſtr. pag. 26.*

Anno 1492. Innocentius Pontifex Regnum Siciliæ, et totam Terram, quæ eſt citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſię, Alphonſo Duci Calabriæ, & hæredibus ſuis ex recta linea deſcendentibus (excepta Ciuitate Beneuentana cum ſuis finibus diſtinctis, & diſtinguendis per Romanũ Pontificem) in feudum conceſſit, cùm eodem cenſu,

clau-

clauſulis,& conditionibus,& pactis,vt in pręcedentibus inueſtituris, vt habetur in bulla inueſtiturę ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1492. pridie Nonas Iunij anno Pontificatus ſui octauo; vbi extat regiſtratum iuramentum homagij, ligij, & fidelitatis per ipſum Regem Alphonſum præſtitum. *d*

d Ex volu. 18. Innoc. Pap. 8. pag. 12.

Mortuo Innocentio, fuit in Pontificem electus Alexander Papa VI. Qua tempeſtate Beneuenti bella ciuilia perurgebant, cuius occaſione ſunt litteræ Alexandri Papæ Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ,paterno affectu eos hortando, vt arma deponant,& ad pacificè viuendum intendant,prout accepit, maxima cum ipſius lætitia eſſe paratos &c. ſub datum Romæ ſub anulo Piſcatoris die 20. Iulij anno Dominicæ Incarnationis 1493. Pontificatus ſui anno primo. *e*

e Ex Archiuio Ciuit. in faſcic. liter. Apoſtol. n. 1.

Anno 1495. ſunt litteræ eiuſdem Pontificis, Cōſulibus,& Ciuitati Beneu. continentes, ſibi relatum, Quod Vrbis Pręfectus, & Fabritius Columna Beneuentum intrare intendebant ad effectum, vt nouitates fecerent, vt Regem Ferdinandum in Regni recuperatione impedirent; idcircò mandat, vt illos in Ciuitate non recipiant, & ab eorum commercio abſtineant,& quæcunque in fauorem,& auxilium ipſius Regis poſſunt, cum ſumma promptitudine adhibeant, & hanc eſſe ipſius voluntatem latius intelligendam per Gubernatorem &c. ſub datum Romæ ſub anulo Piſcatoris die 13. Auguſti Dominicæ Incarnationis Pontificatus ſui anno tertio. ex Archiuio Ciuitatis eiuſdem in faſcic. ſignato. nu. 3.

Anno 1497. Pontifex Alexander conceſſit Federico de Aragonia,ſuiſq; hæredibus ex recta linea deſcendentibus Regnũ Siciliæ, & totã terram, quæ eſt citra Pharũ vſq; ad cõfinia terrarũ Romanæ Eccleſiæ(excepta Ciuitate Beneu.cum ſuo diſtrictu limitato iam,vel limitando per Roman. Pontificẽ)cũ cenſu,clauſulis,conditionibus,& pactis,vt in præcedentibus inueſtituris, vt in bulla ipſius inueſtituræ. ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Dominicæ Incarnationis 1497. ſeptimo idus Iunij Põtificatus ſui anno quinto, in qua bulla extat regiſtratum iuramentum homagij, ligij, & fidelitatis ipſius Regis Federici. *f*

f Ex vol.8. Alexan.Pa.6. pag. 220.

Anno. 1502. Idem Alexander Pontifex ad euitandas diſsentiones, & bella orta inter Ludouicum Regem Francorum, & Ferdinandum, & Eliſabeth Reges Hiſpaniarum ob Siciliæ Regnum,ipſum cum tota terra citra Pharum in duas partes diuiſit. Neapolitanam,& Gaetanam Ciuitatem,ac totam Terrã laboris, & Prouinciam Aprutinam Ludouico Regi Franciæ cum titulo Regis Hieruſalem. Ducatus verò,& omnes Prouincias Calabriæ.& Apuliæ cum tota Terra eorum Ferdinando, & Eliſabeth Hiſpaniarum Regibus pro eis, ſuisque hæredibus ex ſuis corporibus deſcendentibus. Verùm Ludouicus Rex habere debeat medietatem Doghanæ Pecudum Prouinciæ Apuliæ (vltra omnia præmiſſa) de manibus Commiſſariorum Regis,& Reginę annuatim. Et pro cenſu Neapolis ſoluant quatuormillia vnciarũ auri,& pro cenſu Ducatus Calabriæ, & Apuliæ etiã quatuor millia vnciarum auri ad pondus ipſius Regni,

gni, & Ducatus in feſto Sancti Petri Apoſtoli de Menſe Iunij vbicunq; ipſe Romanus Pontifex fuerit ipſi Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ prædicti Reges, & Regina, nec non quilibet ipſorum Palaphrenum vnum album, pulchrum, & bonum in recognitionem veri dominij Regni, & Ducatus, & à dicta conceſſione, & concordia, excepta Ciuitas Beneuentana intelligatur, cũ toto eius territorio, iuribus, & pertinentijs, quas Eccleſia Romana hactenus ſibi reſeruauit, & retinuit, cum cõfinibus diſtinctis, & in poſterum diſtinguendis per Romanum Pontificem, & quòd non poſſint condere ſtatuta, ſiuè leges, per quas directè, ſiuè indirectè præiudicium afferri poſſit libertati Ciuitatis Beneuentanæ, cùm nonnullis alijs pactis, & conditionibus, vt in bulla inueſtiturę, concordiæ, & diuiſionis prædictæ. ſub datum Romæ apud Sanctũ Petrum ann. Dominicæ Incarnationis 1501. Kal. Iulij Põtificatus ſui anno nono. ad quod acceſſit iuramentum homagij, ligij, & fidelitatis dictorum Regum, & Reginæ, vt in ſupradicta bulla. *g*

g Ex lib. ſeretorum Alex. P. 6. pag. 321.

Anno 1502. Ciuiles diſſentiones, & bella inter Beneuentanos denuo inſurgunt, ad quas ſedandas Alexander Pontifex miſit Beneuentum Ioannem Bertonem de Viterbo Cubicularium ſuum, vt per litteras ipſius Pontificis Cõſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ directas ſub anulo Piſcatoris ſub datum Romæ die vltima Iunij ann. Dominicæ Incarnationis 1502. Pontificatus ſui ann. 10. quę extant in Archiuio Ciuitatis eiuſdem in regiſtro litterarum Apoſtolicarum pag. 94.

Ann. 1503. Archiepiſcopus noſtes Laurentius

Cardinalis obijt Romæ, & ibi ſepultus in Auguſto Templo S.Mariæ de Populo.

LVDOVICVS Cardinalis PODOCATERVS Archiepiſcopus LVII. Iulio Pap. II. ob mortem Laurentij Cibo Cardinalis anno Domini 1503. vt habetur ex Bibliotheca Beneuentana in faſc. bullarum 22.n.214.litera Y.

Anno Dom. 1504.Pontifex Iulius vniuit,perpetuoq; incorporauit Reuerēdo Capitulo Beneuent. Abatialem Eccleſiam S. Hilarij extra Portam Auream ſitam, vt per eius bullam ſub datum Romæ pridie nonas Iunij Pontificatus ſui anno primo. Ex Bibliotheca Beneuentana in faſcic.bull.12.ſign.lit. M.n.116.

Anno 1505.Pontifex Iulius incorporauit,perpetuòq; vniuit Abbatialem Eccleſiam S. Modeſti intus Ciuitatem Beneuentanam exiſtentem, Congregationi Canonicorũ Regularium Lateranēſiũ, quę fuerat olim Monaſterium Ordinis S. Benedicti, vt per litteras vnionum ſub datum Romæ apud S. Petrũ 3.Kal.Maij ann.Dominicæ Incarnationis 1505. Pontificatus ſui anno 2. *a*

Eodem anno Rebelles Beneuentani Ciuitatem Beneuentanam inuadunt, ſed virtute, & vigilantia Ciuium eorũ conatu ſucceſſus caruit. Ob quod hoc anno ſunt litteræ Iulij Papæ Gubernatori, Conſulibus, & Ciuitati Beueuentanæ, per quas Pontifex Rebellium audaciam eſt deteſtatus, Ciuiumq; virtutem, & diligentiam laudauit, hortaturq; eos, vt quieti, Ciuitatiq; tutelę inuigilent. ſub datum Romæ ſub anulo Piſcatoris die 18. Auguſti 1505. Pōtificatus ſui ann.2. *b*

a *Ex Archiuio eiuſd. Monaſt. in faſc. priuil. ex hiſt. Tripar. Ord. Cler. Reg. D.Gabriel. Pānot. lib. 9. c. 37. §.4. pag. 722.*

b *Ex Archiuio Ciuit. eiuſd. in regiſt. pag. 97.*

Digitized by Google

Et quoniam Pontifex Iulius paterno amore cõcordiam, & pacem inter Ciues Beneuentanos affectabat, propterea ſcripſit Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ, quòd pro componendis Ciuilibus diſcordijs deputauit Epiſcopum Ciuitatenſ. cum facultate dimittendi Banditos, abſoluendi delinquentes omnes, (præterquam hæreſis, & Maieſtatis criminibus notatos) pœnas relaxandi, & bona etiã Fiſcô incorporata, reſtituendi, & aliàs vt in litteris ſub anulo Piſcatoris expeditis ſub datum Romæ die 23. Iunij 1506. Pontificatus ſui anno 3. *c*

c Ex eod. Archi. & regiſtr. pag. 97.

Eodem anno fuit inter Beneuentanos firmata Pax, magna cum animi lætitia Pontificis Iulij, vt ipſe ſignificauit per ſuas litteras Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ directas ſub datum Romæ ſub anulo Piſcatoris die 23. Auguſti anno Dominicæ Incarnationis 1506. Pontificatus ſui anno tertio. *d*

d Ex eod. regiſtro pag. 98.

Obijt Archiepiſcopus noſter Romæ, & in Templo S. Mariæ Sanitatis de Populô ſepultus.

GALEOTTVS FRANCIOTTVS DE RVVERE Cardinalis, Archiepiſcopus LVIII. Iulio Pap. II. eius Auunculo anno Domini 1507. Ex Bibliotheca Beneuentana in faſcic. bullarum nu. 124. lit. N.

SIXTVS GARA DE RVVERE Cardinalis Archiepiſcopus LIX. Iulio Pada II. eius Auunculo anno Domini 1508. *a* Qui Pontifex Iulius ob non ſeruata pacta à Ludouico Rege Francorum in diuiſione Regni Siciliæ vt ſupra inita inter ipsũ, & Ferdinandum, & Eliſabeth Hiſpaniarum Reges per Alexandrum Papam VI. Declarauit Ludouicum

a Ex Bibliotb. Bene. in faſcic. bull.
Ex Platina in vita Iulij Pap.

præ-

prædictum cecidiſſe à iuribus ſuis. Et ideo Regnum Siciliç, & Hieruſalem cum tota Terra citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ conceſſit in feudum Ferdinãdo Regi, & hæredibus ſuis ex recta linea deſcendentibus (excepta Ciuitate Beneuentana cum toto eius territorio, & omnibus diſtrictibus per ipſum, ſiuè Romanum Pontificem diſtinctis, vel diſtinguendis, quam Romana Eccleſia olim ſibi reſeruauit, & retinuit, prout ipſe etiam reſeruauit, & quòd neq; directè, neq; indirectè leges, & ſtatuta condere poſſit in præiudicium libertatis Beneuentanæ Ciuitatis) cum cenſu octomillium vnciarum auri ad pondus ipſius Regni, vnà cum Palaphreno albo, pulchro, & bono in recognitionem veri dominij eorundem Regni, & Terræ in feſto S. Petri Apoſtoli de Menſe Iunij Romano Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ annis ſingulis perſoluendo, vbicunque Romanus Pontifex fuerit, cum clauſula caducitatis ſi cenſum prædictum infra certum tempus non fuerit ſolutum, & cum nonnullis alijs pactis, & conditionibus, & ſignanter, quòd ſi filius ipſius Regis ad Regni poſſeſſionem fuerit aſſumptus minor decem, & octo annis, tàm ipſe, quàm Regnum prædictum in cuſtodiam Romanæ Eccleſiæ remaneat, donec Rex ætatem decem, & octo annorum compleuerit. Quibus acceſſit iuramentum ipſius Ferdinandi homagij, ligij, & fidelitatis, vt in bulla Iinueſtituræ ſub datum Romæ apud S. Petrum ann. Dominicæ Incarnationis 1510. 5. Kal. Iulij Pontificatus ſui anno ſeptimo. *b* Deinde idem Pontifex Iulius ob immenſos labores, & grauia damna, quæ con-

b *Ex lib. 30. Iulij Pap. 2. pag. 352.*

continuò Ferdinandus Rex à Saracenis patiebatur, propterea remiſit ei cenſum octomilium vntiarum auri, ad quod tenebatur ſingulis annis ob prædictũ Regnum Siciliæ, vt ſupra, retenta ſolummodo ſolutione vnius Palaphreni albi, pulchri, boni, & decenter ornati, in ſignum directi dominij Regni, & Terrarum, vt ſupra, vt per bullam ſub datũ Romæ apud S. Petrum anno Dominicæ Incarnationis 1515. 7. Kal. Auguſti anno Pontificatus ſui 7. c

c Ex eod. lib. & pag. vt ſup.

Ann. 1515. Reuiuiſcunt Beneuenti arma ciuilia, pio cuius Ciuitatis quietè, & tranquillitate Leo Papa X. ordines nonnullos Gubernatori, & Conſulibus Ciuitatis eiuſdẽ tranſmiſit per litteras ſub anulo Piſcatoris, ſub datum Romæ apud S. Petrum die 23. Iulij 1515. Pontificatns ſui anno 3. vt ex Archiuio Ciuitatis eiuſdem in regiſtro lit. Apoſtolic. pag. 103.

ALFONSVS SFORTIA Archiepiſcopus LX. à Leone Papa X. ann. Domini 1521. electus, vt ex litteris Apoſtolicis ſub datum Romæ ſub anulo Piſcatoris die 5. Iulij Pontificatus ſui anno nono, exiſtentibus in Bibliotheca Beneuentana in faſciculo bullarum 17. num. 167. littera R. & in faſcic. 21. nu. 208. lit. X. Qui Pontifex Leo hoc eodem anno Regnum Siciliæ cum tota Terra citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ Carolo Romanorum, & Hiſpaniæ Regi, electo Imperatori, eiuſque hæredibus ex recta linea deſcendentibus, præuia Apoſtolica diſpenſatione, vt dictum Regnũ cum Imperio, & Ducatu Mediolani retinere poſſit (excepta Ciuitate Beneuentana cum toto eius territorio,

ritorio,

ritorio, ac omnibus diſtrictibus, & pertinentijs ſuis diſtinctis per ipſum, vel in poſterum per Romanum Pontificem diſtinguendis) ac cum eiſdem pactis, & conditionibus, modo, & forma, quibus per felicem recordationem Iulij Pap. II. illud claræ memoriæ Ferdinando Regi Auo ſuo fuit conceſſum, & infraſcriptis conditionibus implendum denuo conceſſit, & inueſtiuit ſub pœnis in eiuſdem litteris prædictis Iulij Papæ contentis.

Et primò, quòd teneatur ipſe Carolus Rex ad inſtantiam Sanctitatis Suæ, & ſucceſſorum ſuorum paratas habere ſuis expenſis duas Triremes armates, & munitas ſeptem Anni Menſibus à Kal. Aprelis vſque ad finem Octobris pro tuitione Maris Tirreni, & aliorum locorum, rerum Eccleſiæ tutela, ac defenſione, niſi Rex ipſe iuſto detineatur impedimento.

Item Carolus Rex pro cognitione veri, & directi dominij Regni teneatur ſoluere ſingulis annis Cameræ Apoſtolicæ ſeptemmilium ducatorū auri de Camera in feſto B. Petri Apoſtoli de Menſe Iunij vltra ſolitum cenſum Paraphreni albi.

Item permittere teneatur Sanctitatē Suā, & Romanum Pōtificem pro tempore exiſtentem decem millia rubia frumēti penuriarum tempore (dummodò ſubditis Regnorum granum ſufficiens remaneat) extrahere abſque iuris tractæ ſolutione, nec non ex quibuſcunque granis, & victualibus pro vſu Palatij Apoſtolici. Sanctæ verò Romanæ Eccleſiæ Cardidinales pro domorum, ſiuè familiarium neceſſitate dumtaxat ex fructibus Eccleſiarum, & beneficiorū

ſuorum

Digitized by Google

ſuorum in dictis Regnis exiſtentium educere, & exportare. Item ipſe Carolus Rex ad inſtantiam Sanctitatis Suæ, & Cameræ Apoſtolicæ requiſitionem delinquentes in Terris Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis ad dictum Regnum Siciliæ citra Pharum, & ad illius Ciuitates, Terras, & loca confugientes capi, & ad Vrbem, vel alium locum remitti faciat; Dumodo Sanctitas Sua, & ſucceſſores ſui Romani Pontifices, ac dicta Camera Apoſtolica ad ipſius Caroli Regis, & Officialium ſuorum requiſitionem delinquentes in Terris, & locis ſuis, & ad Terras, & loca Eccleſię confugientes pariter ad eos remittat. Et ad prædicta acceſſit iuramentum ipſius Caroli, homagij, ligij, & fidelitatis ratione nouæ cōceſſionis dicti Regni, & Terræ vt ſupra; vt in bulla inueſtituræ ſub datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1521. Pontificatus ſui anno nono. *a*

a *Ex volu.* 98. *Leonis* 10. *pag.* 329.

Anno 1523. Diſſentionibus, & bellis ciuilibus iterum Beneuentani conflictantur, cuius occaſione ſunt litteræ Adriani Pap. VI. Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ, quòd hac de cauſa mittit ad illam gubernandam Ioannem de Lerma Clericum Cameræ Apoſtolicæ, mandatq; vt ipſum omni debita reuerentia ſuſcipiant, pareantq; ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 18. Iulij 1523. anno primo Pontificatus ſui, vt ex Archiuio Ciuitatis eiuſdem in regiſtro litt. Apoſtolic. pag. 107.

ALEXANDER Cardinalis FARNESIVS Archiepiſcopus LXI. Clemente Pap. VII. ann. Do-

Digitized by Google

mini 1524. vt ex Bibliothec. Beneuent. in faſciculo bullarum 16. n. 159. lit. Q.

Anno 1527. illa, ſcilicet, tempeſtate, qua Clemẽs Pap. fuit ab Imperialibus captiuus, Cæſariani irruerunt Beneuentũ, & occupauerunt, cõpoſitis poſtea differentijs cum Clemente, reſtituerunt Eccleſiæ.

Ann. 1530. Bellorum ciuilium incendia Beneuenti extincta fuere, cuius fœderis memoria ſculpta eſt in marmoreo Portæ Aureæ monumento, vt ſequitur.

CONCORDIÆ BENEVENT.
LVCÆ MARTII V. FALCIFERO SACRA MD.XXX.
IN DIVI FRANC. DELVBRO
CELEBRATO PRIVS VLTIMA FEBRVARII FRATERNO FÆDERE
HIERONYMVS DE BENE IN BENE DIOMEDEÆ VRBIS MODERATOR
FACTIOSORVM PACEM
QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIX, FORTVNATVMQ; SIT
MAXIMA TOTIVS POPVLI LÆTITIA, QVAM FELICISS. COMPOSVIT.

Ob quam maximam à Deo gratiam Beneuentanæ Ciuitati cõceſſam, quotannis in Cathedrali Eccleſiæ feſtum celebratur.

Anno 1534. die quinta Iulij Rebelles Beneuenti, paciſq; diſturbatores, quorum caput Fracaſſus homo plebeius, Ciuitatem agrediuntur, & ingrediuntur, & à Ciuibus, omnes trucidantur, cuius rei memoria in eadem Porta Aurea ſculpta manet. Eorũq; extinctio Pacem firmauit, Ciuitatiq; tranquillitatẽ maximam parturijt, quam Deus Optimus Maximus

per

per ſæcula multa ſeruet. Amen.

Eodem anno die 15. Octob. Archiepiſcopus noſter, & Cardinalis fuit ad Pontificatum aſſumptus, & Paulus Tertius Appellatus. *a* Qui cùm Cathedralem Beneuentanam inauratis laquearijs exornare ſtatuiſſet, Parietes mediæ nauis, vnde hoſtili incendio ceciderant, reſtituendos curauit.

a *Ex Platina in vita ipſius Pauli 3.*

Floruit ſub Archiepiſcopo noſtro Alexandro Fr. Dionyſius Laurerius Beneuentanus Ordinis Fratrũ Seruorum, vir prudens in agendo, eloquens in dicẽdo, ſapiens in diſſerendo, omniq; ferè ſcientiarum genere ornatus, vnus ex ſupremis S.R.E. Inquiſitoribus, Regis Angliæ apud Pontificem Clementem ſeptimum Orator, ſui Ordinis Prior generalis, Archidiaconus Beneuentanus, quam dignitatem donec vixit, retinuit. Paulus Papa Tertius Oecumenicam Synodũ celebraturus ad Europæ Principes Internuntios miſit, Dionyſium, ad Iacobum Scotiæ Regem. Litteras Pauli Dionyſium in Scotiam profecturum priuilegijs munientes, datas Anno 1536. pridie Idus Nouembris. Prædixerat aliquãdo Dionyſius, fore, vt Alexander noſter Archiepiſcopus vniuerſæ Eccleſiæ præficeretur; Alexander hominem blandè complectens, rubeo bireto ſibi detracto exornauit. Creatus Põtifex Cardinaliũ numero adſcripſit, Cardinalis S. Marcelli nuncupatus, Campaniæ legatione oneratus. Ceſſit è vita circa Anno 1542. die 17. Decembris, ſepultus Romæ in Eccleſia S. Marcelli, hac inſcriptione.

Ex Hiſto. Rom. Pontificum, & S.R.E. Cardin. Auctorib. Alphonſo Ciacconio Ord. Prædic. Franc. Cabrera, & Andrea Victorello.

Digitized by Google

DIONYSIO LAVRERIO BENEVENTANO TIT. S. MARCELLI S. R. E. PRESB. CARDINALI VRBITANENSI EPISCOPO. RELIGIONIS SERVORVM GENERALI GRAVISSIMO, AC LEGATO CAMPANIÆ AD DII ND. ORDINATO, VIRO OMNI FERE SCIENTIARVM GENERE ORNATO.

R.P. M. AVGVSTINVS ARETINVS, EIVS ALVMNVS GENERALIS POSVIT. VIXIT ANNOS XLV. OBIIT XVII. DIE SEPTEMBRIS M. D.XLII.

FRANCISCVS II. Cardinalis de RVVERE Archiepiſcopus LXII. Paulo Pap. Tertio ann. Domini 1536. vt habetur ex Bibliotheca Benenentana in faſciculo Bullarum 2. lit. B. nu. 12. & faſc. 16. nu. 157. lit. Q.

Ann. 1537. ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Pauli Canonicis Maioris Eccleſiæ Beneuentanæ, Sancti Bartholomæi, & Sancti Spiritus, in quibus aſſerit ipſos Canonicos pro diſtributionibus quotidianis, quæ diuinis officijs intereſſentibus ad punctum dātur, non teneri ad decimarum ſolutionem, nec ad id adſtringi poſſe, ideò præcipit, & mandat Commiſſarijs, ac collectoribus, eorumq; ſubſtitutis, vel alijs, ad quos id quomodocunque ſpectat, ne ipſos ad decimarum ſolutionem ratione dictarum diſtributionum moleſtent ſub excommunicationis, & mille ducatorum aurj pœnis. ſub datum *Romæ* apud S. Marcum ſub anulo Piſcatoris die 11. Iulij ann. Dominicæ Incarnationis 1537. Pontificatus ſui anno tertio. *a*

a Ex Bibl. Ben. in faſc. lit. Apoſtol. ſub annula Piſcat. nu. 181. faſc. 17. lit. R.

Anno 1539. Pontifex Paulus nonnullas gratias, &

& priuilegia Beneuentanæ Ciuitati conceſſit, inter quas extat, Conſules pro tempore exiſtentes gaudere prærogatiuis, & immunitatibus conſuetis, nec coram aliquo Officiali (eorum magiſtratu durante) ciuiliter, vel criminaliter, dummodo de pœna capitali, vel de perturbatione Status Ciuitatis non agatur, conueniri debeant, aut poſſint, vt per litteras ſub anulo Piſcatoris ſub datum *Romæ* apud Sanctū Petrum die *6*. Nouembris anno Dominicæ Incarnationis 1539. Pontificatus ſui anno *6*. Quæ extant regiſtratę in lib. ſtatutorum eiuſdem pag. 140.

ALEXANDER II. Cardinalis FARNESIVS Archiepiſcopus LXIII. Pauli Pap. III. Nepos ann. Domini 1540. vt habemus ex Bibliotheca Beneuentana in faſciculo bullarum 2. lit. B. nu. 11. & faſc. 7. nu. *69*. lit. G.

Mortuo Paulo Pontifice, fuit ad Pontificatum ſublimatus Iulius III. Qui anno 1550. confirmauit omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, & libertates per quoſcunq; Pontifices Romanos Beneuent. Ciuitati quomodolibet conceſſas, ſupplēdo omnes defectus, &c. mādauitq; eas inuiolabiliter obſeruari.

Item conceſſit eidem Ciuitati, vt Gubernatores, & cæteri Officiales dictæ Ciuitatis, & illius Comitatus, & territorij, cuiuſcunque gradus, & pręeminentię, etiam ſi perſonę Eccleſiaſticæ fuerint, pro geſtis eorum officio finito, debito ſyndicatui ſe exhibere debeant coram Gubernatore ſucceſſore, & duobus de Conſilio, quorum electio ad Conſilium ſpectet, qui per bullam ad inſtar aliorum Officialiū extrahi debeant; Moduſq; procedendi tàm in cau-

ſis

ſis ciuilibus, quàm criminalibus per Pontificem ipſum præſcribitur, vt per litteras ſub datum Romæ die 24. Decembris anno Dominicæ Incarnationis 1550. Pontificatus ſui anno primo, quæ regiſtratæ extant in libro ſtatutorum Ciuitatis eiuſdem pagina 151.

IOANNES V. della CASA Archiepiſcopus LXIV. per reſignationem Cardinalis Alexandri II. Farneſij, Iulio Pap. III. ano Domini 1554. Quo anno Pontifex Iulius Regnum Siciliæ, & Hieruſalem, & totam Terram, quæ eſt citra Pharum vſq; ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ, Philippo II. de Auſtria, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus ex recta linea deſcendentibus, præuia diſpenſatione Apoſtolica, vt dictum Regnum Siciliæ vnà cum Ducatu Mediolanenſi retinere poſſit, in feudum conceſſit, (excepta Ciuitate Beneuentana cum ſuis finibus diſtinctis, vel diſtinguendis per Romanum Pontificem) cum cenſu pactis, & conditionibus nonnullis, ac etiam illis expreſſis in Bullis inueſtiturarum Iulij II. & Leonis X. Pontificum, ad quod acceſſit iuramentum ipſius Regis Philippi, homagij, ligij, & fidelitatis, vt in Bulla inueſtituræ, ſub datum apud S. Petrum anno Dominicæ Incarnationis 1554. decimo Kal. Nouembris Pontificatus ſui anno quinto, cuius copia extat penès D. Fabritium de Vipera.

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Bullar.*

Anno Domini 1557. occaſione bellorum inter Philippum Regem prædictum, & Paulum Papam Quartum Regis Miniſtri Beneuentum occuparunt. Menia in aliquibus partibus diruẽdo, & incolumes de cetero ſeruando ciues, ſic iubente Duce Albæ Pro-

b *Ex Bibl. Ben. in Miſſali m. ſ. in regia carta antiqua im margine Menſis Ianuarij ſignato n. 1.*

Prorege; exploſis quorundam iniquis conſilijs in pernicicm inculpatæ Ciuitatis:quibus reſpondit ille magnanimus Princeps; Ex belli iure nullam eſſe inferendam vim non reſiſtentibus; ex chriſtianæ pietatis legibus;nulla ſunt Chriſtianis victis incommoda inferenda.

Archiepiſcopus noſter Ioannes obijt *Romę*, & in Auguſto Templo S. Andreæ de Valle ſepultus.

IACOBVS II. Cardinalis SABELLIVS Archiepiſcopus LXV. Pio Pap. V. ann. Domini 1560. Clericorum Seminarium iuxta Sacri Concilij Tridentini Sanctionem fundauit.

Anno 1561. die vltima Iulij hora 24. Terra mota eſt ne dùm Beneuenti, ſed etiam in Prouincijs circumuicinis maximo omnium timore, quod notatũ habetur in Bibliotheca Beneuentana in Martyrologio m.ſ. in margine ſign.n.178.

Anno 1566. Pontifex Pius confirmauit ſtatuta, & priuilegia omnia Ciuitati Beneuentanæ conceſſa per Summos Pontifices prædeceſſores ſuos, quæ recenſet in ſuis litteris ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum die 10. Maij Pontificatus ſui anno primo, quæ regiſtratæ extant in libro ſtatutorum Ciuitatis eiuſdem pag. 159.

Anno 1567. die 11. Aprelis Archiepiſcopus Iacobus Prouincialem Synodum celebrauit, in quo interfuerunt duodecim Epiſcopi ſuffraganei, quæ habetur in Archiuio Archiepiſcopalis Curiæ, in faſciculo Synod.

Anno 1571. Pius Pap. V. confirmauit, innouauit, & approbauit omnes immunitates, priuilegia, gra-

tias,franchitias,& exemptiones à ſuis prædeceſſoribus, ſeù etiam ab Imperatoribus, vel Regibus conceſſas Monaſterio S.Sophiæ, vt per ſuam Bullam ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1571. 4.Kal. Martij, Pontificatus ſui anno ſeptimo. Quæ ſeruantur in eodem Monaſterio in capſa priuilegiorum. Obijt Romæ Archiepiſcopus noſter,& in Templo Societatis IESV ſepultus.

MAXIMILIAMVS DE PALVMBARIA Archiepiſcopus LXVI. per reſignationem Cardinalis Iacobi eius Auunculi Gregorio Pap. XIII. anno Domini 1574. vt ex litteris Apoſtolicis ſubdatum Romæ ſub anulo Piſcatoris die 26. Maij Pontificatus ſui anno 3. *a*

a Ex Bibl. Ben. in fdſc. Bull. 17 nu. 166. litR.

Anno 1585. de Menſe Maij Ciuitas Neapolitana frumenti inopia penè inecta, Beneuentum Dominũ D.Cæſarem de Auolos Regni magnum Cãcellarium Oratorem miſit: vt ciues ſuos in tanta neceſſitate adiuuaret, vnde Vrbs Beneuentana maxima cum liberalitate quicquid in horreis condedat,obtulit.

Anno 1586. Sixto Pap. V. Corpus Sancti Pantaleonis Martyris in diruta Eccleſia S. Cornelij de Plano Curiæ inuentum,in Cathedralem Archiepiſcopus Maximilianus cum omni gloriæ apparatu, maximoq; Populi concurſu tranſtulit.

Anno 1588. Sixtus Pontifex confirmauit priuilegia,& indulta omnia per Romanos Pontifices Beneuentanæ Ciuitati aliàs conceſſa,nonnulla eis addendo; vt in litteris ſub anulo Piſcatoris expeditis, ſub

Digitized by Google

ſub datum Romæ die 30. Iunij Pontificatus ſui anno quinto, quæ regiſtratæ extant in lib. ſtatutorum Ciuitatis eiuſdem pag. 168.

Anno 1592. Cùm vniuerſa Italia tanta frumenti penuria premeretur, vt ob id maxima hominum multitudo fuerit extincta; Non ſolùm Neapolitanã Ciuitatem, Oratore Domino Cæſare Piſcicello, verùm etiam, & Romanam Vrbem magna frumenti copia Ciuitas Beneuētana adiuuit, Gregorio XIV. Pontifice.

Anno 1595. Clemens Pap. VIII. perpetuo vniuit Abbatialem Eccleſiam S. Sophiæ Congregationi Canonicorum Regularium Sãcti Saluatoris Bononienſis, cùm eſſet priùs Monaſterium Ordinis Monachorum S. Benedicti. *b*

b *Ex Hiſt. Tripart. Ord. Cler. Canon. Regul. lib. 2. c. 29. §. 4. pag. 325.*

Anno 1599. die 29. Septemb. Maximilianus Archiepiſcopus Synodum Prouincialem celebrauit, in qua interfuerunt ſeptem Epiſcopi ſuffraganei, vt in Archiuio Curiæ Archiepiſcopalis in faſciculo Synodorum.

Hoc eodem anno Clemens Pap. VIII. Regnum Siciliæ, & Hieruſalem, & totam terram, quæ eſt citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ (excepta Ciuitate Beneuentana cum ſuis finibus, & diſtrictibus diſtinctis, & in poſterum diſtinguendis per Romanum Pontificem ſemel cùm ſibi placuerit) Philippo III. de Auſtria, ſuiſq; hæredibus ex recta linea deſcendentibus (præuia diſpenſãtione Apoſtolica, vt dictum Regnum Siciliæ vnà cum Ducatu Mediolanenſi retinere liceat) in feudũ conceſſit, cùm cenſu, pactis, & conditionibus in inueſti-

ueſtituris præcedentibus contentis, ac etiam illis expreſſis in bullis inueſtiturarum Iulij II. & Leonis X.Pontificum,ad quam acceſſit iuramentum homagij,ligij,& fidelitatis per ipſum Philippum Regem præſtitum, vt in Bulla inueſtituræ ipſius. ſub datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Dominicę Incarnationis 1599. quinto idus Septembris Pontificatus ſui anno nono,cuius copia penès eundem D. Fabritium de Vipera extat.

Anno 1600. Clemens Papa ad inſtantiam Ciuitatis Beneuentanæ præſcripſit formam aſſecurationis Bannitorum in eadem Ciuitate,ne in damnum, & malum exemplum eiuſdem Ciuitatis eorum aſſecuratio redundaret, vt per litteras ſub annulo Piſcatoris ſub datum Romæ apud S. Petrum die 13. Nouemb. ann. 1600.Pontificatus ſui anno 9. c

c Ex lib. Statut.eiuſd. Ciuitatis pag. 191.

Hoc eodem anno ortis differentijs ratione finiũ inter Communitatem Ciuitatis Beneuentanæ,necnon Miniſtros Regios, nonnullos Barones, atque Communitates, & homines conuicinos, ob quod Pontifex Clemens deſtinauit Commiſſarios ad eas amicabiliter ſedandas,Necnon fines Ciuitatis prædictæ viſitandi,recognoſcendi,teſtes ſuper illis examinandi,ac informationes neceſſarias,& oportunas recipiendi DD. Alexãdrum Ludouiſium Sacri Palatij Apoſtolici Auditorem, Maffeum Barberinum Cameræ Apoſtolicæ Clericum, & Petrum Mellinũ V.S.Referendarium,& Ciuitatis Beneuentanę Gubernatorem,collata eis ampliſſima facultate, vt per commiſſionem ipſam habetur.ſub datum Romę ſub anulo Piſcatoris die 25. Maij Anno Dominicæ Incar-

carnationis 1601. Pontificatus ſui anno 10. Qui DD. ad voluntatem Sanctiſſimi differentias compoſuerunt, interuenientibus ad prædicta DD. Ioanne de Miſtanſa, Carolo Tappia Regijs Conſiliarijs, & Camillo de Curtis Præſidente Regiæ Cameræ ſpecialiter deputatis à Domino D. Ferdinando de Caſtro Prorege, vt per eorum commiſſionem ſub datū Neapoli die vlt. Maij 1601. Quibus peractis Apoſtolici Commiſſarij virtute eorum cōmiſſionis deuenire inſtabāt ad determinationem totius territorij, diſtrictus, & Comitatus Ciuitatis Beneuentanæ juxta reſeruationes in inueſtituris tàm per Sanctitatem D. N. Clementis Pap. VIII. quàm per alios eius prædeceſſores Summos Pontifices conceſſis, factis, & declarationes ſuperinde emenatas, præcipuè à felici recordatione Clementis Pap. VI. Dicti verò Regij Deputati recuſarunt ad huiuſmodi generalem declarationem, & determinationem deuenire non poſſe, eo prætextu, quòd facultas eis conceſſa eſſet ad differentias Caſtri Poti reſtricta, vel ſaltim alias differentias vltra prædictas à D. Prorege minimè habitas fuiſſe in conſideratione. Et propterea ſe ſcripturos eidem Proregi pro explorando an eius intentionis eſſet, vt ad huiuſmodi generalem declarationem, & determinationem deueniretur, de qua ipſos Apoſtolicos Commiſſarios poſtea reddidiſſent certiores, quòd nedum fecerunt, ſed tantumodo poſt aliquos dies per litteras eiſdem Commiſſarijs Apoſtolicis ſcriptas eorum à loco Caſtripoti, in quē occaſionem præmiſſorum ſe contulerunt diſceſſum nudè, & ſimpliciter ſignifi-

 carunt,

carunt, eoſdem Commiſſarios Apoſtolicos penitus ignaros relinquentes quid in, & ſuper præmiſſis agendum, vel ſperandum foret, & idcircò Apoſtolici Commiſſarij proteſtati fuere per ipſos eiuſdem Sanctiſſimi D. N. Clementis Pap. VIII. & Sedis Apoſtolicæ Commiſſarios nunquam ſtetiſſe, neq; ad præſens ſtare nullo modo quominus præmiſſa omnia, & ſingula eius demandata, & commiſſa debitè demandata fuerint, & demandenrur executioni, piaq; ac ſancta Mens, & intentio Sanctitatis Suæ ſuum plenarium ſortita fuerit, & ſortiatur effectum, ſed imò ſtetiſſe, & ſtare per dictum D. Proregem, & prædictos Deputatos, & alios Regios Miniſtros, interpellantes &c. Proteſtantes inſuper, quòd ſiqua abſurda, ſcandala, incommoda, & damna occaſione prædictorum ventura ſint, ea omnia citra culpam Sedis Apoſtolicæ, eiuſq; Miniſtrorum, & ſubditorum euenient, Necnon de omnibus legitimè proteſtandis &c. de quibus omnibus rogatus extitit Notarius Angelus Cairella ſub die 1. Iulij 1601. apud cuius acta commiſſio, & deputatio extat regiſtrata. Informationemq; per ipſos Commiſſarios Apoſtolicos de Beneuentano Comitatu, & deſtrictu, eiuſq; finibus captam ſub die 18. Iunij eiuſdē Ann. 1601. penès me Marium de Vipera Archidiaconum Beneuentanum ſeruandam reliquerunt, &c. vt hucuſq; ſeruatur, ipſiuſq; copia Sanctiſſimo conſignandam aſportarunt. Mortuo Clemente fuit in Papam electus Paulus V. Qui prædictos DD. Alexandrum, & Maffeum in Cardinalium numero adſcripſit, Paulo mortuo, fuit ad Pontificatum aſſumptus D. Alexan-

der

der die 7. Februarij anno Domini 1620. Gregorius XV. vocatus, qui ingreſſus viam vniuerſæ carnis, fuit in Pontificem electus D. Maffeus die 7. Auguſti 1623. & Vrbanus Octauus appellatus, quem Deus Opt. Max. ditiſſimè Eccleſiæ ſuæ ſeruet. Amen. Demum Archiepiſcopus Maximilianus cùm ſediſſet Annos 33. plenus dierum obdormiuit in Domino die 23. Ianuarij 1607. & in ſua Cathedrali ſepultus in Cappella S. Antonij de Padua prope Altare in cornu Epiſtolæ, qui Eccleſiæ libertatis fuit acerrimus defenſor.

POMPEIVS Cardinalis ARIGONIVS Archiepiſcopus LXVII. à Paulo Pap. V. ordinatus Anno Domini 1607. die 10. Aprelis. *a* quo anno Archiepiſcopus noſter Manſionarios Cathedrali Eccleſiæ reſtituit. Canonicis habitum ad inſtar Canonicorum S. Petri de Vrbe concedi curauit ab eodem Pontifice. *b*

a *Ex Bibl. Ben. in faſc. Bull. 24 nu. 234. lit. O E.*

b *Ex ead. Bibl. & faſc. nu. 231.*

Anno 1608. Kal. Aprelis Sanctorum Corpora, & Reliquias, quæ in diuerſis Cathedralis Eccleſiæ locis locatæ erant, in arca marmorea cum capſis plumbeis ſubter Altare maius collocare fecit per me Marium de Vipera Archidiaconum, & per Abbatem Auguſtinum Vrſulupum Archipresbiterum eiuſdem Eccleſiæ Beneuentanæ, de quo actu rogati extitere Notarius Carolus Fraſca Actuarius Curiæ Archiepiſcopalis, & Notarius Hieronymus Graſſus Actuarius Capituli Beneuentani. Eandem Cathedralem reſtaurauit, & præcioſis ornamentis ditauit; Archiepiſcopale Palatium vetuſtate penè collapſum non firmatum ſolum, ſed auctum etiam,

orna-

Digitized by Google

ornatum, illuſtratum. Collegium Societatis IESV quàm maximis beneficijs cumulauit, Fundatoris nomen,& titulum iure optimo adeptus.

Eodem anno. Cùm Regis Miniſtri Beneuentanã Vrbem, eoſq; Ciues in eorum libertatis reſtrictionem premerent. Beneuentani re cognita, conuocato Concilio, Oratorem Pontifici Paulo V. Militem D. Horatiũ de Vipera delegauerunt, qui licèt nonagenarius, & rigidiori hyemis tempore, onus læto animo ſuſcepit, prout aliàs apud Iulium III.& Pium V. Pontifices functus erat. à Paulo maxima cum benignitate auditus, & exauditus. Qua de re die 24. Februarij 1609. Ciuitas Beneuentana grati animi beneficio, Oratorem Patris Patriæ dignum publico Concilij decreto acclamauit, *a* vt aliàs Traianum de Vipera eius Patruum eodem honorem decorauerat. *b*

Anno 1610. Archiepiſcopus noſter Moniales Sancti Deodati ad Sancti Victorini Monaſterium tranſtulit, & vniuit cum redditibus. Ibiq; Xenedochium ſub Fratrum B. Ioannis de Deo cura, & tutela primò erexit, vbi innumeri ægri maxima cum pietate curantur. Tandem die tertia Aprelis anno Domini 1616. Neapoli diem ſuum clauſit extremum, ſed in ſua Cathedrali eiuſdem diſpoſitione translatus die 4. eiuſdem Menſis, vbi honorificè hoc Epitaphio ſepultus.

a *Ex actis Senatus Bene. penès Not. Hieronymũ Colle Secretar.*

b *Ex marmorea inſcript. in ſepultu. ipſius Traiani existen. in Eccl. S. Stephani in Caccauo de Vrbe.*

Memo-

Memoriæ
Pompeij S.R.E. Presbyteri Card. Arigoni Romani
Huius Eccleſiæ Archiep. optimi, et optimè meriti
Viri magni, rara animi, & ingenij vi
Religione, prudentia, ac Iuris
Rerumq; multarum intelligentia eximia
Sacri Conſiſtorij Aduocati, Romæ Auditoris,
Ex his alijſq; publicis muneribus
Ad Ampliſsimũ ordinem à Clemente VIII. *Pont.*
Max. euecti
Grauiſſimis quibuſq; negotijs ſpectati.
Iulia, & Clarix. *Cyriacus, et Antonius* Roccij
Diomedes & Io. Petrus Vareſij Hæredes
Auunculo benemerentiſſimo poſuerunt
Vixit Annos *LXIIII. Menſem I. Dies II.*
Obijt die IV. Aprelis MDCXVI.

ALEXANDER III. DE SANGRO Patriarcha Alexandrinus, Archiepiſcopus LXVIII. à Paulo V. Menſe Maij anno Domini 1616. ordinatus.

Ann. Domini 1622. ſunt litteræ Card. Zabbattæ Proregis Neapolitani, Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ per Oratorem *D.* Franciſcum Carrafam Marchionem Antij. datæ ſub die 28. Februarij, quibus rogabat, vt Ciuitatem Neapolitanam in frumẽti neceſſitate exiſtentem adiuuare dignarentur, quod alachri animo, maximoq; cordis affectu factum eſt.

Eo dem

Eodem anno Gregorius Papa XV. in feudum conceſſit Philippo IIII. Regi de Auſtria,eiuſq; hæredibus,& ſucceſſoribus ex recta linea deſcendentibus, Regnum Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra, quæ eſt citra Pharum vſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ, præuia diſpenſatione vt dictum Regnum Siciliæ vnà cum Ducatu Mediolanenſi retinere valeat (excepta Ciuitate Beneuentana cũ ſuo diſtrictu, & finibus limitatis, vel limitandis per Romanum Pontificem) cum cenſu, pactis, & conditionibus nonnullis, ac etiam illis expreſſis in bullis inueſtituræ Iulij II. & Leonis X.Pontificum;quibus acceſſit iuramentnm homagij,ligij,& fidelitatis ipſius Regis Philippi, vt in bulla inueſtituræ ſub datum Romæ epud S. Petrum anno Imcarnationis Dominicæ 1622.die . . .Martij Pontificatus ſui anno ſecundo.

Anno 1627. die Veneris 30.Iiulij, hora circiter 17. Beneuenti maximo omnium timore ita Terra mota eſt, vt toto ferè Regno exagitato, maximam Apuliæ partem miſerrimè conquaſſarit, afflixerit, proſtrarit. Ciuitates S.Seueri alteram,Læſinenſem, multa Oppida,Turris Maiuris, Prucinæ, Serræ Capriolæ,S .Pauli,alioſq; Pagos ſolo penitus æquauit, multa alia loca concuſſit, & ferè vbiq; aliquod ſuæ calamitatis veſtigium reliquit impreſſum, quibus in locis decem millium ferè hominum periere.Precor ergò Deum Opt. Max. vt talis ruinæ reciprocationem Chtiſtianorum Vrbibus, tot Populorum ſupplicantium precibus, lacrymiſq; commotus auertat, eãq; potius in vniuerſos Chriſtiani nominis hoſtes conuertat.

An-

Digitized by Google

An.Dom. 1628. Vrbano Pap.VIII. Senatus Beneuentanus ob eximiam deuotionem, quam erga infraſcriptos Sāctos habebat, inter ſuos tutelares annumerauit ingenti Populi lætitia. videlicet.

S.IGNATIVM *Fundatorem Societatis IESV.*

S.FRANCISCVM XAVERIVM *eiuſdem Societatis Indiarum Apoſtolum* S. ANTONIVM DE PADVA *Ordinis minorum* Paucis deinde decurſis diebus adiūxit præſcriptis ſequētes S. DONATVM *Epiſc. Aretinū* Mart. S. BLASIVM *Epiſc. Sebaſtæ* Mart. S.DOMINICVM *Fundatorē Ordinis Prædicatorum* S.THOMAM DE AQVINO *eiuſdem Ordinis Eccleſ. Doctorem.* B.ANDREAM AVELLINVM *Cleric.Regul.* a *Quos omnes Populus Beneuen. magna,cum veneratione colit Patronos.* Anno 1631. ſunt litteræ Cardinalis Federici Borromei Archiepiſcopi Mediolan. Ciuitati, Cleroq; Beneuentano ſub datum Mediolani Sexto Idus Ianuarij, cum quibus dono eis tranſmiſit Reliquias Corporis S. Caroli Card. glorioſi Archiepiſc. Mediolanen. Eiſdemque conſignatas 4. Nonas Martij per Abb. Leonardum Torreſium in Cathedrali Eccleſia, à quibus magna cum veneratione,& gloriæ apparatu receptæ, & in Eccleſia Sanctiſſ. Annuntiationis tranſlatæ, & perhonorificè tumulatæ fuere, maximaq; Populi frepuētia venerantur. *b*

a *Ex actis Senatus Beneu. apud Not. Hieronymum Colle Secretariū*

Anno Dom. 1631. die Martis 16. Decembris Mons Veſuuius ingentem fumum, igneis globis permixtum eructans, tantum cineris,nigri pulueris, lapidum,& vaſtiſſimi incēdij proiecit, vt ſexdecim caſtra circum montem ſita, ſit populatus, & excuſſerit, Campaniæ Prouinciam, & remotiores quoq; veluti

b *Ex actis Notarij Petri Antonij Galli Curiæ Archiepiſc. Beneuet. Actuarij ſub die 14. Martij 1631.*

Aa Sa-

Digitized by Google

Salernitanam, vtriuſq; Principatus, Apuliæ, aliaſq; & Beneuētum afflixit: ab hora vigeſima diei illius infauſti, ad duos ſequentes tenebras adeò piceas, & craſſa caligine concretę fuerunt, terribilis aeris fragoris tonitruūq; interrupta, & terribilia, vt Mundi opificium mox diſſoluēdum putaretur Beneuentana gens ſemper vigilans inſolito portentu, & ſtupore percuſſa, mortem oppeſitura in Eccleſijs frequentiſſima, & aſſidua contritionis ſigna præſeferens Deum gemitibus inenarrabilibus præcata eſt, vt immenſa pietatis viſcera non cōtineret, ſed vti Pater clementiſſimus filijs, licet indignis miſericordiam elargiretur. Vrbs verò Neapolitana, vt Veſuuio proximior, ita non modo communi pauore perterrita, verùm etiam per plures dies ingenti terremotu ſœpiſſimè quatiēte contremuit, ex quo factum eſt, vt hominum ferè quinque millia ſint cōsūpta. Miſerrima clades; funeſta dies, luctuoſum temporis monumētum. In ictu oculi tot Caſtra tot Oppida, tot Pagi euanuere, iacent delubra, ſordent Palatia, lugent Incolæ, pauent cęteri, & tot hominum milia proprias domus infida propugnacula, vel cinerea, vel ignita ſepulchra reperiere Præcemus cœleſtem Regem, vt gladium iuſtitiæ vibrare deſiſtat, & immenſa nobis pietate ſuccurrat, quia ſi iniquitates obſeruauerit. quis ſubſtinebit?

Ann. Domini 1633. die 16. Februarij Archiepiſcopus noſter Alexander diem ſuum clauſit extremū in alma Vrbe, & ibi ſepultus in Eccleſia Sācti Spiritus Nationis Napolitanorum loco depoſiti.

Ann. Dom. 1633. AVGVSTINVS. Tit. S. Sixti S. R. E. Presbyter Cardinalis OREGIVS Archiepiſcopus LXIX. ab Vrbano Pap. VIII. electus Ann. Dom. 1633.

Digitized by Google

MDCXXXIII. die 17. Nouemb. poſſeſſionemq; die 16. Decemb. aſſecutus, cuius occaſione ſunt litteræ eiuſdem Pontificis Capitulo, & Cononicis Beneuēt. vt ſequitur.

Dilectis filijs Capitulo, & Cononicis Beneuenti.

VRBANVS PAPA VIII.

Dilectis filijs ſalutem, & Apoſtolicam benedictionē. Vt olim Beneuentanæ *Ciuitatis commodo labores noſtros Clementis Octaui iuſſu libenter impendimus, ita nunc, charitatem, qua illam ex animo ſemper cōplexi ſumus, omnibus pate facere non prætermiſſimus,* Eum *enim Archiepiſcopum ipſi præfecimus, qui non modo è ſacro* Cardinalium *Collegio, quod magnum videri poteſt, dilectus eſt, ſed è noſtro veluti ſinu, ac diuturno multorum annorum obſequio eductus, ita nobis in communi Orbis terrarum luce, doctrinam, ac virtutem probauit ſuam, vt eius publico bonorū iudicio purpureæ dignitati iamdiù matura exiſtimarentur. Vos pro ea, qua omnes Præſules obſeruantia ante hac coluiſtis, hominem morum innocentia, rerumq; ſcientia conſpicuū ita excipiatis, vt nihil beneuolentiæ erga illum, nihil officij, aut honoris deſiderari à Vobis paciamini. Hoc certè de Vobis eximia pietas, quacæteros perduxiſtis, abūde pollicetur, et paternus affectus, quo Vos, & Ciuitatem veſtram ſingulariter proſequimur, ſuo iure exigit.* Apoſtolicam *benedictionem Vobis per-*

Ex Bibliotheca Beneuent. in faſc. litt. Principum.

Digitized by Google

manenter impartimur. Datum Romæ *apud San-ctum Petrum ſub Anulo* Piſcatoris *die* 14. *Ianuarij* MDCXXXIV.*Ann.*Pontificat.*noſtri* 11.

Franciſcus Herrera.

Anno 1635.die duodecima Iulij Auguſtinus Cardinal. Oregius Archiepiſcopus noſter obdormiuit in Domino,& in ſua Cathedrali ſepultus eſt hac inſcriptione.

D. O. M.

AVGVSTINO TIT.S.SIXTI PRESB.CAR DIN.OREGIO. Viro innocẽtia probe ſpectato, nedum virtutibus, verùm cæteris ſcientijs, ac morum ſuauitate conſpicuo, Vaticanæ Baſilicæ Cononico S. D.N.Urbani Octaui Theologo, intimo Cubiculario, eleemoſinis Generali Præfectò Sacræ, Et Uniuerſalis Romanæ Inquiſitionis fideliſſimo Conſultori, Varijs arduiſq; muneribus egregiè functo.

Ab eod.Urbano ad ſacram Purpuratorum dignitatem, & ad hanc inſignem Beneuent. Metropolim ex meritis.

Euecto.

Anno ætatis LVIII.poſt purpuram 19. *Menſe* 12. *Iulij MDCXXXV.Celeri Orbita contumulato.*

Ioannes Frater Nicol. & Ioſeph Nepotes.

M.PP.

Ar-

Digitized by Google

Archiepiſcopo noſtro Aug uſtino Cardinali Oregio ad meliorem vitam trans lato, Canonici, & Capitulum Beneuẽtanum Vrbano Papæ VIII. per litteras talem amiſſionem ſignificarũt, tenoris ſequentis.

Sanctiſſimo Domino noſtro Vrbano Pap. VIII. Canonici, & Capitulum Beneuentanum Beatiſſimis *pedibus prouoluti.* P. F.

Beati*ſſime* Pa*ter. Viuimus extincto Auguſtino vitæ noſtræ duce; an viuere sõniamus? vita ne longior ſuperſtites nos reliquit, an mors crudelior? heù miſeri erepti fato ſeruamur lacrymis; Vbi nam morum illa ſuauitas, vitæ integritas, innocentiæ candor, ſapientiæ celſitudo, exoriente ferè Syrio Sydus Oregiũ occidit, noſtrũ Iubar occubuit cum ipſo tota planè Ciuitas contumulata eſt, naſcentem diem lætiſſimis auſpicatum exordijs; intercluſo meridie offuſis tenebris mœſtiſſimus excepit occiduus. Ne noſtra Viduitas tanto dolori ſuccumbat, Tua immenſa;* Beat*iſſime,* P*ater benignitas alterum ſi non ex ſinu cordis, at ex conſenſu Troni, ſufficiet tantum vnus noſtra vota non capiunt, at exoptant, quod vt præſtes, poſt Sanctorum pedum oſcula enixè deprecamur. Beneuenti die* 17. *Iulij* 1635.

Cuius occaſione ſunt literæ Vrbani Papæ Canonicis, & Capitulo, vt ſequitur.

Extra. Dilectis filijs Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Beneuentanæ, cum ſigillo ſub Anulo Pi*ſcatoris, intus verò.*

VRBANVS PAPA VIII. Dilecti filij ſalutem, & A*poſtolicam benedictionem.* Pię, *ac iuſtæ ſunt lacrimæ, quibus amiſſi Auguſtini* C*ardinalis Oregij interitum, & Orbitatem veſtram defletis, neque enim ſine maximo dolore cogitare poteſtis, Antiſtitem illũ extinctum*

eſſe

manenter impartimur. Datum Romæ *apud Sanctum Petrum ſub Anulo* Piſcatoris *die* 14. *Ianuarij MDCXXXIV.Ann.*Pontificat.*noſtri* 11.

Franciſcus Herrera.

Anno 1635.die duodecima Iulij Auguſtinus Cardinal. Oregius Archiepiſcopus noſter obdormiuit in Domino,& in ſua Cathedrali ſepultus eſt hac inſcriptione.

D. O. M.

AVGVSTINO TIT.S.SIXTI PRESB.*CARDIN.OREGIO. Viro innocẽtia probe ſpectato, nedum virtutibus, verùm cæteris ſcientijs, ac morum ſuauitate conſpicuo, Vaticanæ Baſilicæ Cononico S. D.*N.*Urbani Octaui Theologo, intimo Cubiculario, eleemoſinis Generali Præfecto Sacræ, Et Uniuerſalis Romanæ Inquiſitionis fideliſſimo Conſultori, Varijs arduiſq; muneribus egregiè functo.*

Ab eod.Urbano ad ſacram Purpuratorum dignitatem,& ad hanc inſignem Beneuent. Metropolim ex meritis.

Euecto.

Anno ætatis LVIII.poſt purpuram 19.*Menſe* 12.*Iulij MDCXXXV.Celeri Orbita contumulato.*

Ioannes Frater Nicol. & Ioſeph Nepotes.

M.PP.

Ar-

Archiepiſcopo noſtro Aug uſtino Cardinali Oregio ad meliorem vitam trans lato, Canonici, & Capitulum Beneuẽtanum Vrbano Papæ VIII. per litteras talem amiſſionem ſignificarũt, tenoris ſequentis.

Sanctiſſimo Domino noſtro Vrbano Pap. VIII. Canonici, & Capitulum Beneuentanum Beati*ſſimis pedibus prouoluti.* P. F.

Beati*ſſime* Pater. *Viuimus extincto Auguſtino vitæ noſtræ duce; an viuere ſõniamus? vita ne longior ſuperſtites nos reliquit, an mors crudelior? heù miſeri erepti fato ſeruamur lacrymis; Vbi nam morum illa ſuauitas, vitæ integritas, innocentiæ candor, ſapientiæ celſitudo, exoriente ferè Syrio Sydus Oregiũ occidit, noſtrũ Iubar occubuit cum ipſo tota planè Ciuitas contumulata eſt, naſcentem diem lætiſſimis auſpicatum exordijs; intercluſo meridie offuſis tenebris mœſtiſſimus excepit occiduus. Ne noſtra Viduitas tanto dolori ſuccumbat, Tua immenſa;* Beati*ſſime,* Pater *benignitas alterum ſi non ex ſinu cordis, at ex conſenſu Troni, ſufficiet tantum vnus noſtra vota non capiunt, at exoptant, quod vt præſtes, poſt Sanctorum pedum oſcula enixè deprecamur. Beneuenti die* 17. *Iulij* 1635.

Cuius occaſione ſunt literæ Vrbani Papæ Canonicis, & Capitulo, vt ſequitur.

Extra. Dilectis filijs Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Beneuentanæ, cum ſigillo ſub Anulo Pi*ſcatoris, intus verò.*

VRBANVS PAPA VIII. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Pi*æ, ac iuſtæ ſunt lacrimæ, quibus amiſſi Auguſtini Cardinalis Oregij interitum, & Orbitatem veſtram defletis, neque enim ſine maximo dolore cogitare poteſtis, Antiſtitem illũ extinctum*

eſſe

eſſe, qui vobis integritate, doctrina, cæterarumq; virtutum meritis prælucebat. In hac tamen iactura non parum ſolatij vobis ſuppeditabitur, ſi animo, beata illa præmia perpẽdentis, ad quæ poſt exãtlatos pro Eccleſia Catholica labores, ille, vt piè credimus, euolauit. Nos certè, qui nihil prætermictendum ducimus, quod vobis vtilitatem afferre poſſit, Deum rogamus, vt eximium virtutum exemplar, quibus inſtructum ſe præſtitit Auguſtinus, non modo recordatione, ſed etiam imitatione diuturnum apud vos ſit; & in nouo Paſtore *deligendo; miſericordiarum* Patre, *cuius opem aſſiduè imploramus, adiuuante, iſtius* Eccleſiæ *commodo omni ſtudio conſulemus. Apoſtolicam benedictionem vobis impartimur. Datum* Romæ *apud Sanctam Mariam* Maiorẽ *ſub Anulo* Piſcatoris *die 4. Auguſti* 1635. P*ontificatus noſtri Anno Duodecimo.*

Iulius Roſpiglioſius.

Et pro ſigillo noſtræ Chronologiæ dicimus, quod ad meliorem vitam translato Aguſtino Cardinali Oregio Archiepiſcopo noſtro, Capitulum Beneuẽtanum ſede vacante, iuxtà Sacrorum Canonũ, Concilijq; Tridentini diſpoſitionem meipſum Mariũ de Vipera Archidiaconum Beneuẽt. quarta vice Vicarij Capitularis honore decorauit, in quẽ omnem iuriſdictionem ſibi de iure debitam trãſtulit, vt per eius litteras patẽtes expeditas ſub die decimaquinta Iulij 1635. quæ regiſtratæ extant in Regiſtro Curiæ Archiepiſcopalis fol. 249. & habentur in actis Notarij Vincẽtij Zãparelli Ordinarij Actuar. Capituli Beneu.

Anno 1636. Vrbanus Pap. VIII. prouiſionẽ huius Metropolis differre intendens, ad eandem Vincentiũ

Nucci

Digitized by Google

Nucci in Vicarium Apoſtolicum deſtinauit, vt ex litteris ſub Anulo Piſcatoris expeditis ſub datum Romæ die 8. Maij, ac regiſtratis in præcitato Regiſtro fol. 251. Cuius occaſione Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. Franciſcus Cardinalis Barbarinus tenoris ſequentis litteras ad me direxit. videlicet.

A terg. All'Illuſtre, et Molto Reuerend. Signore il Signore Mario *della Vipera Archidiacono di* Benenent o, *cùm impreſſione ſigilli*.

Intus vero. Illuſtre, et Molto Reuerend. Signore. Bẽche *Noſtro Signore perſuaſo da degni riſpetti, habbia fatto elettione d'vn Vicario* Apoſtolico *per la* Chieſa *di* Beneuento; *io poſſo nondimeno atteſtare à V.* S. *come pur ſò, ch'ella per quel tempo, che vi hà ſuſtenuto il carico di Vicario Capitulare mi hà data piena ſodisfatione, è ne hà riportato inſieme per ſe non men merito, che lode. Può per tanto V.S. reſtar ſicura, che di queſto ſuo buon ſeruitio, io ſia per conſeruar grata memoria, ſi come conſeruo il mio viuo affetto verſo la perſona di lei, alla quale in tanto mi offero cordialmente. Di Caſtelgandolfo 24. Maggio 1636.*

Al piacer di V. S.

Franceſco Cardinale Barbarini.

Supradictæ litteræ extant notatæ in præcitato Regiſtro.

MA-

MARII DE VIPERA

ARCHIDIAC. BENEVENTANI

Chronologia de Capituli Beneuentani Antiquitate, Priuilegijs, numeroq; Canonicorum.

DIfficillima Prelatorum Eccleſiæ Beneuentanę, vtcunq; completa Chronologia, nō incōgruū exiſtimauimus aliquid de Capituli Beneuētani antiquitate, priuilegijs, numeroq; Canon. breuiter enarrare, præſertim cùm nonnulla in eadem Chronologia per trāſennam tetigerimus. Conueniens enim iure optimo videtur, capiti ſuo membra connectere, vt de toto Eccleſiæ Beneuētanæ corpore aliquid omnibus perfectè poſſit innoteſcere.

Si igitur Beneuentani Capiruli antiquitatem velis prius examinare; pari vtiq; ea deberet cùm

Epi-

Epiſcoporum antiquitate,& dignitate paſſu procedere; ſemper enim aliquo modo Epiſcopus, vt caput, aliqua ſibi membra connectit, nè monſtrum omninò videatur. Verùm, vt ad congruentias deſcendamus (Tabellis enim obſignatis agere,& veritate, & fide careret hiſtoria) certè Beneuentanũ Capitulum inter totius Italiæ antiquiora capitula facilè principem poſſet locum obtinere, licet de certo eius exordio plena non extet notitia:Nos tamẽ, quomodocunq; ſit, eius antiquitatẽ ex ſcripturarum lumine detegimus, quo maiorem rectam ob tectæ notitiam aſſequi potuerimus.

Anno ergo Domini 305. ſecundum varios hiſtoriarum annales inueniuntur Feſtus Diaconus, & Deſiderius Lector vna cum S.Ianuario Beneuẽti Epiſcopo inſigni martyrio coronati omnes in Eccleſia Beneuentana ſuo fungebantur officio ſic leges in Martyrologio Rom. die 19. Septembris: ſic habetur in Bibliotheca Beneuent.lib. de Geſtis Sanct. m. s.antiq. part.2. pag.77. ſic etiam narrat Baronius in eod.ann. Imo in translatione Corporis Sancti Ianuarij Neapoli Beneuentum legitur in ipſomet libro pag.103. depoſitum fuiſſe in ſua Cathedrali tunc titulo Hieruſalem, vbi ipſe, ſuiq; Prædeceſſores aliquando reſiderunt. Vnde facilè etiam Lippis Cathedralis, Capituli,cleriq; Beneuentani apparet antiquitas.

Ann.Domini 404. Palladius, & Theodorus authores grauiſſimi in Sancti Ioannis Chryſoſtomi vita meminerunt B. Pauli Diaconi in Eccleſia Beneuentana, Eumq; tanquam eximiæ ſanctitatis vi-

Digitized by Google

rum extollunt;vt nos etiã in noſtra Chronologia Præſulum ſub Aemilio Epiſcopo xx. narrauimus.

Præterea ſub Odoacro Italiæ Rege Arianorum peſte contaminato Martyrium Benigni Archidiaconi Beneuentani narratur, quod anno 490.creditur accidiſſe,quando Sanctus Sophius Beneuentanus Epiſcopus xxiij. ſanguinem ſuum pro Chriſto effudit, vt ſub eius præſulatu diximus in noſtra Chronologia.

Ann. Dom. *663*. habemus Sanctum Barbatum Beneuentanum Epiſcopum xxxiij. vniuerſos ſuæ Eccleſiæ redditus in quatuor partes diuiſiſſe, quarum vnam Presbyteris ibidem Dei laudes cãtantibus tribuit.

Si ergò in Beneuentana Eccleſia ex tunc erat Archidiaconus,negari nequaquam poteſt, ex tunc etiam aliquam fuiſſe Capituli formam:licet tamen creditur, eo tempore non fuiſſe ad Deo pſallendũ numerum Presbyterorum determinatum, ſed vniuerſum Beneuentanum Clerum vnà ſimul in Cathedralem confluere ſolitum eſſe ad Dei laudes concelebrandas. Quare ex his omnibus videtur clarè patere eius antiquitas.

Dignitas verò Cleri Beneuentani ex his etiam apparebit;nam ſemper apud Romanos Pontifices multæ fuit æſtimationis, vt videre eſt in Vitaliani Pontif. Opt.Max. litteris ad Sanctum Barbatum Beneuentanum Epiſcopum, totamq; eius Eccleſiã cùm prærogatiuis, tituliſq; non contemnendis *Vitalinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Reuerendiſſimo,*

diſſimo, ac Cariſſimo Barbato *Epiſcopo Beneuenti tibi, tuæque Reuerendiſſimæ Beneuentanenſi Eccleſiæ &c.* ſub Datum 3. Kal. Feb. indict. 11. ann. Domini 668. Pontificatus ſui anno 4. Quæ aſſeruantur faſciculo priuileg. Eccleſ. Beneuent. num. 1. in ſua Bibliotheca.

Ann. 991. Fertur Ioannes Beneuentanus Archidiaconus natalibus illuſtris ad Abbatis dignitatem in Monaſterio Caſinenſi promotus. Ex Leone Hoſtien. Chron. Caſin. lib. 2. cap. 11.

Ann. 1000. Aliꝰ Beneuentanæ Eccleſiæ Diaconus à Sylueſtro II. Summo Pontifice ad eiuſdē Eccleſiæ Archiepiſcopalem dignitatem fuit euectus: At quia tunc temporis Archiepiſcopi Electio ad Populum, Clerumq; Beneuentanum ſpectabat, effectu caruit, Hoſtien. ibidem cap. 28. in annotation.

Ann. 1119. Falconius in Chronico Beneuentana ſcribit, Roffridum Beneneuenti Archipresbyterum creatum fuiſſe Archiepiſcopum. Itaq; ex omnibus his euidenter tantum conſtat, in Beneuentano Capitulo fuiſſe tantum Archidiaconi, & Archipresbiteri dignitates; Et priuilegium eligendi ſuos Epiſcopos, & Archiepiſcopos fuiſſe penès Populū, & Clerum; quod labentibus annis ad capitulum tantùm Beneuentanum fuit translatum, vt conſtat in electione Ioannis Monachi Caſinenſis, qui ann. Dom. 1281. fuit à capitulo tantum Archiepiſcopus electus, Biblioth. Beneu. faſc. bull. 18. num. 180. lit. S. & faſc. 5. inſtrument. Antiquorum, num. 47.

Digitized by Google

Hic Ioannes nobilitate gaudebat Beneuenti ex familia Caſtro Cœli, qui poſtea in Purpuratorum Patrum numero fuit aſcriptus, vt diximus in noſtra Chronologia ſub eiuſdem Præſulatu.

Ann. 1316. Capitulum ſatis numeroſum legitur, cuius Canonicorum numerus ad octuginta ſeptem aſcendebat, extat enim, ad noui Archidiaconi electionem, quæ dignitas propter Petri Bobij mortem vacabat, octuagintaſex Canonicos fuiſſe conuocatos, inter quos quatuor tantum tunc erant dignitates, nempè, Archipresbyteralis, Primicerialis Maior, & Minor, & is, qui erat à Theſauris. Ad talem actum Tres Notarij rogati cum tribus Iudicibus conuenerunt die 9. Septembris 1316. ſub Ioanne xx. Summo Pontifice ann. primo ex Bibliothec. Beneuent. in faſc. 26. iuſtrum. ſigno hoc numer. 239.

Poſt hoc tempus nulla habetur memoria, Capitulum Archiepiſcopos, vel Archidiaconos amplius elegiſſe, cauſaq; intermiſſionis ignoratur; creditur tamen fuiſſe propter Beneuentanæ vrbis ruinas, habitantiumq; depopulationem ratione bellorum tunc temporis continuuò has Italiæ partes affictātium; nam Pontifex propter Regni Siciliæ citra Pharum infeudationem viribus deſumptis, facilè priuilegia elegendi Epiſcopos, Archiepiſcopos, primamq; poſt eos dignitatem potuit reuocare, atq; in ſua authoritate reponere. Quare priuilegiorum defectus, reddituum quoq; defectum peperit, numerumq; canonicorum cd minorem redegit; vt ſic tanti capituli, tātæq; Eccleſiæ tam inſignes Canoni-

nonici ad triginta redacti poſſent facilè reddituum exiguitate ſuam dignitatem tueri, ex Biblioth. Beneuent. faſc. inſt. antiq. vt ſupra ſign. Hac de cauſa nonnulli Archiepiſcopi commoti multorum beneficiorum vniones Capitulo, & Canonicis adiunxere, ſic effecit Archiepiſcopus Arnaldus anno 1343. vt ex ipſius bull. patet die 5. Aprilis indict. 11. ſub Clemente VI. anno primo, quæ in Beneuent. Biblioth. faſc. bull. 15. num. 145. lit. P. conſeruatur.

Anno 1353. Idem effecit Petrus Archiepiſcopus per ſuam bullam 7. Iulij ſub Innocentio Pap. VI. ann. 1. ibidem faſc. bull. 12. num. 119. lit. M.

Anno 1408. Idem prorſus executus eſt Donatus de Aquino Archiepiſcopus, vt videre eſt in ſuis bullis 17. Octob. indict. 12. ſub Martino Pap. V. anno 1. ibid. num. 217. Alijq; multi id idem curarũt, quos breuitatis cauſa vltrò prætermitto. Vniones prædictas, aliaſq; in poſterum effectas Eugenius IV. Pontif. Max. per ſuam bullam confirmauit die 1. Ianuarij anno 1443. Ann. ſui Pontificatus 14. ibidem faſc. 14. bull. num. 137. lit. O.

Et licet Capitulum temporum varietate, ſuum Archiepiſcopum, & Archidiaconum eligendi priuilegio caruerit, nunquam tamen Canonicatus, aliaſq; Archidiaconatu inferiores dignitates menſibus Martij, Iunij, Septembris, & Decembris vacantes conferendi, ac eligẽdi authoritatem amiſit; quod priuilegium Apoſtolica authoritate omnibus locorum ordinarijs eſt commune. Quæ Electio, & Collatio, ita eſt abſoluta Canonicorum tã-

tùm,

tùm, & capituli, vt Archiepiſcopus, neque in ea votum habens, neque confirmationem electi, qui ſimplici ſolum capituli noſtri Electione, ſua gaudet beneficij poſſeſſione, vt videre eſt in eadem Bibliotheca, in quamplurimis electionibus ibidem conſeruatis; quod meliùs patebit inferiùs. Nam id idem multis variorum Principum ad Canonicos, & Capitulum propter Electionem faciendam litteris commendatitijs ibidem aſſeruatis conſtare poteſt; ſic Rex Ferdinandus 22. Septembris Anno 1482. ſuis litteris orat, hortaturque capitulum, ſinguloſque Canonicos, vt in Canonicatum vacantem Ioannem Baptiſtam Manſella dignentur eligere. Sic etiam D. Cardinalis Genuenſis Tit. Sancti Sixti anno 1498. Capitulo, Canonicisq; commendat Donnum Seuerum Galderium ſibi à Cubiculis, vt eidem Canonicatum proximè vacaturum conferre ne grauentur. Et D. Cardinalis de Aragona anno 1514. ab ijſdem petit, vt Vincentium Pecorellum ſibi à D. Mercurio de Vipera Romæ Rotæ Auditore commendatum euehant in Canonicatum.

Anno 1539. D. Cardinalis Farneſius Beneuenti Archiepiſcopus ad eoſdem ſcripſit petens, vt Hieronymum de Roſcellis in Primicerij minoris dignitatem promoueant, expreſsè habens, talem electionem ad capitulum tantùm pertinere.

Idemq; Archiepiſcopus Anno 1540. ſuis Epiſtolis filium Baronis de Monteleone ijſdem commendat, vt pro Abbate Antonio Pecorello demortuo eligant, quia ad ipſos talis ſpectat electio.

Anno

Digitized by Google

Anno 1550. D. Cardinalis Tit. Sancti Marci ſuis etiam litteris ab eodem capitulo flagitat, vt Abbatis Bartholomæi Bartholacei Nepotem in proximè vacaturum canonicatum aſſumant.

Quod priuilegium, & authoritatem eligendi canonicos, & dignitates prædictis quatuor menſibus vacantes ad hucuſq; capitulum ſibi mordicus defendunt, ac pacifica gaudent poſſeſſione, vt clarè patet in Biblioth. Beneuentana faſc. lit. V. ubi adhuc literæ commendatitiæ prædictorum, & aliorum Principum aſſeruantur, & in lib. 22. cum ſigno Sanctæ † Crucis ſed ne longius hic mea excreate narratio, alia omnia ſilentio pœnam, ſuperfluum enim planè videtur, ibi alienas emendicare probationes, vbi res ipſa continua in dies poſſeſſione, idem declarat, cum adhuc in noſtro Capitulo Dei beneficio multi, & antiquiores, & recentiores, Canonici ab eodem electi viuant, viuantq; in æuum.

Clemens VI. Pontifex Max. maximi fecit Archidiaconi, capituliq; Beneuentani; quibus libertatem, immunitatem, priuilegiaq; omnia ipſis, Beneuentanæq; Eccleſiæ à varijs Summis Pontificibus conceſſa confirmauit; nec non immunitatem, exemptionem à laicorum reddituum ſolutione ſibi à Regibus, alijſq; Chriſtianis Principibus donatorum ſatis amplè conceſſit. Quæ omnia clarè explicantur in bulla Dat. Auinioni 17. Kal. Iunij ann. Dom. 1343. Pontificat. ſui ann. 3. ex Biblioth. Beneuent. in faſc. priuileg. num. 19.

Neque minori animi affectu alij omnes Summi

Pon-

Pontifices pro tempore exiſtentes ſemper maximo ſtudio curarunt in eo decentiæ, honoriſq; gradu Capitulum Beneuentanum tenendum, qui tali; tãtæq; Eccleſiæ tùm incultu, tùm in Canonicorum tutela conueniret. Ideoq, Nicolaus Pap. V. Abbatiam Sancti Lupi intra Vrbem Beneuenti ſitam Benedictinorum olim Patrum Monaſterium non cotemnendum, munificè illi adiunxit, ex bulla datum Romæ 3. Kal. Maij ann. Dom. 1450. Ponticatus ſui ann. 4. quæ extat in eadem Bibliotheca faſc. 12. bull. num. 111. lit. M.

Idemq; effecit Iulius 2. Qui Abbatiam Sancti Hilarij extra mœnia ad portam auream olim etiam Benedictinæ familiæ addictam noſtro capitulo dono dedit, in bull. ann. Dom. 1504. indict. 12. nonis Iunij Pontificatus ſui anno 1. ibidem in eod. faſc. num. 116.

Porrò Beneuentanum Capitulum in Oppido Sancti Lupi de Montepetroſo, quod nullius eſt Diœceſis, Epiſcopali gaudet iuriſdictione, vbi ad iuſtitiam exercendam ſuũ Vicarium creat. Id idem Oppidum tàm in ſpiritualibus, quàm temporalibus ad ipſum Capitulum ſpectabat, vt etiam Oppidum Ceppalonium, at bellorum turbulentijs ſecundum temporalia eſt ammiſſum.

Canonici etiam Abbatis titulo fruuntur, neque inter ipſos eſt ordinis diſtinctio, omnes enim ſunt Dei altiſſimi Sacerdotes. Inter Canonicorum xxx. numerum creantur dignitates ſex, quarum prima eſt Archidiaconalis. Qui Archidiaconus ab Archiepiſcopali Beneuentana Diœceſi ſuam habet diſtin-

Digitized by Google

diſtinctam Diœceſim, in qua totum ius Archiepiſcopale exercet, vti expreſsè legitur in Reuerendi Capituli Conſtitutionibus, videlicet (item Archidiaconus habet Diœceſim diſtinctam à Diœceſi Archiepiſcopi, in qua habet ipſe Archidianus totum ius Archiepiſcopale, de qua non debet ſe intromittere Archiepiſcopus.)

Loca Diœceſis ſunt infraſcripta:

Caſtrum Cercelli.

Caſtrum Forcellatæ.

Caſtrum Paganum.

Caſtrum S. Angeli ad Radicinoſam.

Caſtrũ Rocchettæ Quatranæ.

Terra Montis Vrſini. Hodie eſt ei adiunctũ.

Caſtrũ Collis olim parua Villa Cercelli.

In qua Diœceſi vniuerſa Archidiaconus ad iuſtitiam adminiſtrandam creat ſibi Vicarium Generalem; Fiſcum, Actuarium, familiamq; armatam. Ipſe Beneuenti reſidet, vbi olim præcipuum erat Palatium Templo Sancti Andreæ Apoſtoli de Platea adiunctum de menſa Archidiaconali, in qua hodie Seminarij Alumni viuunt, & inſtruuntur, cùm certo annuo cenſu, aſſentiente ad id Paulo V. Pontifice per breue ſub Anulo Piſcatoris. Datum Romæ. . . .

Quapropter nunc Archidianus domi ſibi erigit Tribunal, & Magiſtratus à ſe procreati ipſius tantùm iuriſdictionem agnoſcunt, à cuius ſententia ad

Digitized by Google

Pontificem Max. non ad Archiepiſcopum, immediatè appellatur, vt dictum eſt in Præſulatu Petri III. Archiepiſcopi. Poſtremò Archidiaconus Prelatorum inſtar veſte vtitur cærulea, vel nigra ſecũdum temporum varietatem. Et in Cathedrali Eccleſia Chori correctionem habet Canonicoſque tàm à Sancta Sede Apoſtolica, quàm à Capitulo Beneuentano de canonicatibus prouiſos in ſtallare debet.

Secunda dignitas eſt Archipresbyteralis, quæ ſibi Parochiam Sanctæ Mariæ de Porta glorioſa annectit. Archipresbytero incumbit onus Eccleſiæ Beneuentanæ, & inter alia Sanctiſſimum Sacramentum, aliaq; Sacra olea in Cathedrali conſeruare, Aramq; maximam luminibus ornare.

Tertia dicitur Primicerialis Maior, cui Sancti Pauli Parochia addicta eſt. habet curam Chori in latere ſuo.

Quarta dicitur Primicerialis minor, cui Sancti Eliani, Parochia annectitur; At nũc Animarũ eius cura à Domino Maximiliano Palumbario Beneuẽtano Archiepiſcopo Parochiæ Sãcti Petri de Traſeris fuit addicta, habetq; curã Chori in latere ſuo.

Quinta eſt à Theſauris annectens ſibi Sancti Ioannis de Fraula Parochiam, & prætioſa quoque Cathedralis Eccleſiæ apud ſe debet conſeruare.

Sexta Bibliothecarij dignitas vocitatur, cui adiungitur Sancti Angeli Parochia de Porta Guiſcarda, hodie Porta Rectore dicta, licet onus animarum à Domino Cardinali Arigona Archiepiſcopo Beneuentano Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Spiritus fue-

Digitized by Google

fuerit adiunctum. Ipſe tamen curam habet librorum, ſcripturaſq; Eccleſiæ conſeruandi vniuerſas in Bibliotheca.

Capitulum verò vniuerſum ſibi annectit Parochiam Sanctæ Mariæ de Germinis intra vrbem ſitam, treſq; alias extra, primam, ſcilicet, in Valle Vitulani titulo Sanctæ Mariæ. Secundam in Pago Sancti Nazarij ſub eodem titulo. Tertiam Parochiam Oppidi Terræcuſij, titulo Sancti Heraſmi ſibi annectentis templum Sanctæ Mariæ. Quæ omnes Eccleſiæ reguntur à viris per Reuerendum Capitulum electis, & ab Archiepiſcopo Beneuentano, vel eius Vicariò Generali ad curam animarum approbatis.

Priſcis temporibus Reuerendum Capitulum Manſionarios, ſeù Cappellanos ſibi alebat, quos eiuſdem Capituli Conſtitutiones in noſtra Bibliotheca conſeruatæ commemorant: At iamdiù propter redditu um Capituli, vt creditur, tenuitatē ſublati fuerunt, quorum vices poſt ſupplebant duo Diaconi, totidemq; Subdiaconi ab eodem Capitulo electi, quibus in choro communi certa ſedis, ad victum verò pars quædam extraordinarium ſacrarij emolumentorum pręter certam redditus quantitatem conſtituebatur, eorum officium erat in Miſſis ſolemnibus aſſiſtere.

Hi etiam poſt à D. Cardinali Sabellio Archiepiſcopo ſublati ſunt, voluitq; vt à Canonicis ipſis aſſiſteretur; eorumq; redditus ſub nomine ſuæ mēſæ ſibi adiunxit. Pro quibus Capitulum duos Clericos eligere conſueuit, qui poſt vltimos Canoni-

cos ſedebant in choro, partemq; emolumentorum extraordinariorum ſacrarij habebant, clericiſque alijs omnibus præcedebant.

Idem etiam Cardinalis Sabellius Archiepiſcopus Canonicatum vnum præbendæ Theologali ſecundum Sacroſancti Concilij Trident. Conſtitutionem applicauit. Quæ præbenda poſteà à Clemente Pap. VIII. Collegio Patrum è Societate IESV, inſtante ad id Archiepiſcopo Maximiliano Palumbario perpetuò fuit attributa, vt ex litteris Apoſt. ſub Anulo Piſcat. Datum Romæ . . . . Itaq; Canonicorum numerus cum dignitatibus fuit ad xxix. redactus.

Rurſus Canonici in templo vtuntur habitu diſtincto, qui olim Canonicorum Regularium inſtar erat, pallium quodam nigri coloris cum longo cappullari, & cauda, quæ vulgo dicebatur capperrone, & ſub eo linea patientia dicta communiter Siricotto. Et hoc erat genus hyemalis veſtimẽti, quo à primis defunctorum veſperis vſq; ad diẽ Sabbati ſancti vtebantur.

Archidiaconus vero ſub habitu cæruleo rocchetto vtebatur, talem habitum Hugo ſecundus Beneuẽtanus Archiepiſcopus ex Illuſtriſſima Dominicanorũ familia Canonicis dedit, vt in ipſius præſulatu dictum eſt. Reliquis anni temporibus Cotta, cùm Almutio ex ciambellotto, cerulei cum ſerico tegmine purpurei coloris vtebantur canonici, Archidiaconus autem cotta cum rocchetto, & almutio damaſci cærulei teſto pelle armellina. Huiuſmodi habitu vſi ſunt vſque ad ann. 1607.

Tum

Digitized by Google

Tum D. Cardinalis Arigona à Paulo Pap. V. Beneuent. Archiepiſcopus creatus habitum inſtar Canonicorum Sancti Petri Romæ Canonicis Beneuentanis impetrauit, per litteras Apoſtolicas ſub Anulo Piſcatoris Datum apud Sanctum Petrum die 10. Aprilis anno Domini 1607. ex Bibliotheca Beneuent. faſc. 24. bull. num. 230. lit. Ae.

Eodem anno ab eodem Pontifice duos Canonicatus ſupprimendi facultatem obtinuit, vt ex bulla Datum apud Sanctum Petrum Pridie nonas Septembris Pontificatus ſui ann. 3. ibidem num. 232.

Anno Domini 1608. Idem Archiepiſcopus ab eodem Paulo V. poteſtatem impetrauit 20. Cappellanos creandi in ſua Cathedrali, ex Bull. Datum apud Sanctum Patrum 15. Kalen. Auguſti Pontificatus ſui ann. 4. ibidem num. 231. littera Ae.

Tunc autem ſexdecim tantum elegit, quibus prædictorum Canonicatuum annuos redditus vacantes tradidit; & Capitulum præterea ſacrarij redditus cum Parochia Sancti Stephani de Neophitis (eiuſq; curam habet Decanus Cappellanorum) cum onere Miſſarum ibi celebrandarum, ſeruiendi, & aſſiſtendi in Cathedrali tempore debito, & cantandi in choro horas canonicas, & Miſſas; vt ex bulla erectionis. Ipſe quoq; Archiepiſcopus quædam bona à ſe empta in eorum ſubſidium adiunxit.

Quare tandem Canonicorum numerus exiguus valdè effectus eſt, omneſq; ad xxvij. redacti, inter

quos

Digitized by Google

quos ſex ſunt dignitates, vt dictum eſt.

Canonicorum redditus omnes in quotidianis diſtributionibus conſiſtunt,& tali etiam modo beneficia omnia tàm ab Archiepiſcopis, quàm à Sũmis Pontificibus fuerunt ijs attributa: Itaq; ad huc uſq; in illorum diuiſionibus obſeruatur,ſemper.n. inter actu tantum in ſeruientes ad vnguem diuidũtur. Et hæc pro noſtræ Chronologiæ abſolutione ſufficiũt,ad laudẽ DEI omnipotẽtis,glorioſę Virg. MARIAE, & SS. Michaelis Archangeli, Apoſtolorũ Andreæ, & Bartholomeæi; Ianuarij Epiſcopi Beneuẽt. Feſti Diaconi,& deſiderij Lectoris eiuſd. Eccleſiæ,atq;Mercurij Martyrum, necnon, & Barbati etiam Beneuentanæ Vrbis Epiſcopi meorum Patronorum Amen.



Nummi Argentei inuenti propè ruinas Amphiteatri Beneuentanæ Vrbis.

F I N I S.

Prædicta omnia correctioni S.R.E. ſubijcimus.

IN-

INDEX
Rerum memorabilium, quæ in hoc opere continentur Alphabetico ordine digeſtus.

A

ABdenagus Abbas Eccleſiam S. Spiritus fūdauit. pag. 115.

Adelgiſius, ſiuè Adelchis II. Princeps Beneuent. Tirānus, atq; Hoſtis Reipublic. à Senatu Romano declaratur. Bellumq; aduerſus, eum publicatur in Corſicam Inſulam receſſit. Impiorum coniuratione extinguitur. 56.

Adenulfo Archiepiſcopo Beneuentano Ioannes Archiepiſcop. Capuanus hornamenta pratioſa dono tranſmiſit. 128.

Adrianus Pap. IV. Guillielmum Regem Siciliæ excommunicat, Populumq; à iureiurando illi præſtito abſoluit. 112.

Adrian. Pap. Beneuentum venit magnamq; Regni partem Guillielmo abſtulit. ibid.

... Guillielmū abſoluit ab excommunicatione, iuramentum fidelitatis ab eo recipit. Titulūq; vtriuſq; Regni Siciliæ concedit. 113.

Agabitus Papa ſcribit ad Leonem Presbyterum, & Monachum, & ad Benedictū æquè Præsbyterum

terum Epiſcopos intruſos in Ciuitatibus Triuentina, & Termulenſi, vt deſiſtãt eas occupatas detinere, quia nedum illas, ſed omnes alias in Beneuentano Principatu poſitas ſubeſſe Epiſcopo Boneuentana 63.
Ayonus Epiſcopus Beneuẽtanus Monaſterio S. Modeſti nonnullas Eccleſias conceſſit, exemptaſq; ab omni iuriſdictione declarauit 57.
Ayonus Dux Beneuẽt. dùm cõtra Slauos è Dalmatia egreſſos Sipontum obſidentes fortiter agere conatur, fuit extinctus 26.
Alfanus Archiepiſcopus Beneuentauus 75
Alfanus Secundus Archiep. Beneuẽt. cui Sergius Pag. IV. conceſſit vſum Pallij, Eccleſiaſq; ſuffraganeas eidem confirmauit. Idem indulſit Benedictus Pap. VIII. 81.
Alfanus Tertius Archiep. Beneuent. 82.
Albrtus de Morra Nobilis Beneuent. S. R. E. Card. Eccleſiam Sãcti Andreæ de Platea intus Ciuitatẽ Beneuent. fundauit, do tauitq; 114.
.... Ad Põtificatum aſſumitur, Gregorius Octauus nuncupatur.
.... Piſis moritur. 117.
Alphonſus Rex Beneuentũ occupat, ſed excommunicatione compulſus, reſtituit. Eiq; Regnum Siciliæ citra Pharum infeudum conceditur; excepta Ciuitate Beneuentana, quæ non poſt multum in Vicariatum eidem Alphonſo conceditur quoad vixerit vna cum Ciuitate Terracinenſi. 146
Alphonſus Sfortia Archiep. Beneuent. pag. 167.
Alexius Archiep. Beneu. 151.
Alexander Pap. III. declinandæ cauſa perſequutionis Federici III. Imperatori Beneuentum aduenit. 113.

Digitized by Google

Alexander Pap. 4. Eamũdum filium Henrici Regis Anglorum de Regno Siciliæ inueſtiuit. 123
Alexander. Pap. 5. Ladislaũ Regẽ Siciliæ, Regno Priuat, illudq; conferens Duci Andagauenſi. 141
Alexander Pap. 6. ſcribit Conſulibus, & Ciuitati Beneuentanæ, ne intra mænia ipſius recipiant Præfectum Vrbis, & Fabritium Columnam, nã eorum animus eſt nouitates faciendi, vt Ferdinãdum impediant in Regni recuperatione. 161
. . . Regnum Siciliæ citra Pharum Federico de Aragona in feudum concedit, excepta Ciuitate Beneu. Regnum deinde inter Ludouicum Regem Francorum, & Ferdinandum. et Eliſabeth Reges Hiſpaniarum diuidit. 162
Alexander Card. Farneſius Archiepiſcopus Beneuent. ad Pontificatum aſſumitur, & Paulus 3. vocatus. 171
Alexander 2. Cardinal. Farneſius Pauli 3. Nepos Archiepiſc. Beneuent. 173.
Alexander Ludouiſius Sec. Palatij Apoſtolici Auditor Beneuentum à Clem. Pap. 8. mittitur cũ Maffæo Barberino Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & Petro Mellino Refend. V. S. Gubernatori Beneuẽt. adiuncto, ad videndas nonnullas differentias ortas inter Ciuitatem Beneuẽtanam, & Regnicolas nõ nullos, ac Regis Miniſtros occaſione finium. 178
Alexander 3. de Sangro, Patriarcha Aleſſandrinus, Archiep. Beneu. 183
Alix Eccleſiæ Beneuentanæ Diaconus, ad interceſſionem Othonis 3. Imperadoris in Archiepiſcopum Beneuent. electus Syluestro Pap. 2. à Populo minimè receptus. 80
Alzeus Bulgarorum Dux cum Popularibus ſuis pacato in Italiam venit, & à

à Romualdo Duce Beneuent. nonnulla loca ad habitandum obtinuit. 30

Ambroſius Epiſc. Beneuent. *inter fuit Concilio ſub* Zaccharia *Pap.* 37

Amalaſunta mater Alarici Regis *Gothorum, defuncto filio, ad conſortium* Regni *aſſumpſit Theodatum, & is ingratus eam proſcripſit, & necari permiſit.* 22

Anacletus Antipapa Beneuẽtum venit, & Rogerium Apuliæ Ducem creauit Regem vtriuſque Siciliæ. 104.

S. *Apollonius Epiſcopus Beneuentanus.* 16

Apulia, *& Calabria ſub Dominio Principatus Beneuentani.* 4

Aquila Ciuitas fundatur ex ijs, qui ex ruina Beneuẽtanæ Ciuitatis per Federicum 2. Imperatorem facta euaſerat. 121

Arrecchus *Dux 2. Beneuẽt. obdormiuit in domino.* 26

Arrecchus 2. *Dux 15. Beneuent. fuit primus, qui ſe Principis nomine, caputq; ſuum corona ornaret, ab Epiſc. vngiſe fecit, atque in ſui chartis datum in noſtro Sac. Palatio ſcribi præcepit 23. perfecit Eccleſiam S. Sophiæ, quam ampliſſimis donis ditauit* Corpora *Sanctorũ ex diuerſis Italiæ partibus Beneuentum tranſtulit, & in d. Eccleſia collocauit, vbi Monaſterium Monialium ordinauit, Germanamq; ſuam Garimbergam ibi* Abbatiſſam *effecit, Monaſterioq; Caſinenſi perpetuò ſubiceit.* Ciuitatem Beneuentanã *ampliauit, altisq; Mænibus, & Turribus muniuit.* 38

Vide de hoc Principe infrà in verbo Dans.

Arelius *Archiepiſcopus* Beneuent. 91

Archidiaconus Beneuentanus *habet Diœceſim diſtinctam à Dioeceſi Archiepiſcopi* Beneuent. *in qua*

Digitized by Google

qua Archidiaconus habet totum ius Archiepiſcopale. 137 & 201

Archidiaconi Beneuentani priuilegium in fratres, et exemptos. 155

Ardericus *Epiſcopus* Beneuentanus. 35

Archiepiſcopus, Capitulum, & Clerus Beneuentanus *non tenentur ad procurationem Legatis, ſiuè Nūtijs* Apoſtolicis *pro Eccleſiaſticis prouentibus in Ciuitate, & diſtrictu* Beneuētano, *niſi ſpecialiter in eorum commiſſionibus de Ciuitate, & diſtrictu ſpecialiter mentio habeatur.* 146

S. *Arnaldus ab alijs dictus Monaldus Martyr.* 130

Arnaldus Archiepiſc. Beneuentanus *Eccleſiam* Sancti Bartholomæi *Apoſtoli conſecrauit, & in ea eius corpus collocauit de licentia* Benedicti *Pap. xij.* ibidem

S. Artellais *Virgo Lucij Proconſulis, &* Arthuſæ *filia Conſtantinopoli* Beneuētum *ad Narſetem Patricium eius Patrum ſe recepit, vbi obijt.* 23

Aſſaſſinos, viarum craßatores, fabricatores falſæ monetæ, committentes crimē læſæ Maieſtatis, inicientes manus in perſonas Eccleſiaſticas, valde his ſuſpectos Beneuēti *aſſecurari prohibuit Sixtus Pap.4.* 152

Aſtorgius Agneſe *Archiepiſcopus* Beneuent. *deinde Cardinalis creatus.* 145.

Atenulfus Pandulfi Beneuētani *Principis Patruus efficitur* Abbas *Caſinenſis* 81.

Autharit *Longobardorum Rex* Beneuentum, *cum tota Samnij Prouincia occupat, Prouinciæ caput Ducatuſq; titulo* Beneuētum *decorat.* 25

Alon Archiepiſcopus Beneuentanus, *cui fuit à Ioāne Pap.xiiij. tributa facultas ordinandi ſuos Epiſcopos ſuffraganeos.* 74

B

S. Barbatus Epiſcop. Beneuentanus à Populo electus. Gentilitatis ritū denuò Beneu. pullulātem extirpauit, cui Vitalianus Papa ſuppoſuit Cathedrales multas. interfuit Synodo ſub Agathone Papa. 28

.. Eius Corporis inuētio 103

S. Bartholomæi Apoſt. Corpus ex Lipara Inſula Beneuentū traslatū, et in Eccleſia Genitricis Mariæ collocatum. 31

.. Eiuſdē glorioſiſſimi Apoſtoli cum cæteris Sanctis, quorum in Vrbe Beneuētana Eccleſiæ habebātur manifeſta apparitio. 52

.. Eiuſdem Corporis trāslatio in Eccleſia in eius honore dicatam. 130

Banditi quādo, & quomodo in Ciuitate Beneuentana aſſecurari debeant. 178

Bellū inter Arrechum Primum Principē Beneuēt. & Carolum Magnū. 42

Bellum inter Radelchem, & Sinocolſum ob Ducatum Beneuentanum. 53.

Bellum ciuile Beneuenti inſurgit. 98

.. Iterùm incaleſcit. 105

.. Denuò Bella ciailia reuiuiſcunt. 163

.. Iterum Beneuentum ciuile bello fatigatur, pro quorum pace, & tranquillitate Leo Pap. X. ordines nōnullos Gubernatori, & Cōſulibus Ciuitatis eiuſd. tranſmittit. 167

.. Denuò diſſentiones reuiuiſcunt, ſed opera Hieronymi de Bene in bene extinguntur. 170

Belliſarius in Italiam à Iuſtiniano I. Imper. miſſus ad eam de Gothorū detētione liberandam, quam breui temporis ſpatio eſt potitus. 22

Benedict. Pap. 8. ſcribit Alfano 2. Archiep. Beneuēt. de Vſu pallij, et cōceſſione Eccleſiar. ſuffraganearū. 81.

Benedictus Pap. 9. conceſſit Ciuitati Beneuent. ius regẽdi Caſalia in ipſius diſtinctu exiſtentia. 140
Beneficia Eccleſiaſtica Ciuitatis Beneuẽt. ſuæq; Diocæſis non conferãtur, Forẽſibus, alienigeniſq; 154
.. Ad quod familiares Archiep. nõ includũtur. 158
.. A Sixto Pap. V. de nouo conceſſum. 176
Bentegradus Patruus Ducis Grimoaldi, et Auunculus Rodualdi Ducis Beneuẽt. Primus Abbas Monaſterij S. Modeſti. 28
Beneuẽtum ſponte Beſilario ſe dedit. 22
.. Ab Autharit Rege Lõgobardorum occupatũ, caputq; totius Samnij Prouinciæ efficitur, ducatuſq; titulo decoratur. 25
.. A Conſtantio Conſtantino d. Coſtãtinop. Imperatore obſidetur, quod fuit cauſa, quod ab idolorum cultu Beneuentani defecerunt perſuaſu Sancti Barbati, ob cuius preces, & merita Romualdus Dux cum ſuis Beneuentani meruerunt Sanctam Dei Matrem contra eorum Hoſtes pugnantem videre, & ea fortitudine munitis Hoſtes profligarunt. 28
.. A Symbaticio Patricio à Leone Coſtantinop. Imp. miſſo occupatum, vbi Principis actoritatem exercuit. 59
.. A Saracenis ferro, & flãma miſerabiliter conſũptum. 60
.. Ab Imperatore Henrico 3. datus S.R.E. vice Eccleſiæ Bãbergenſis. 84
Robertus Quiſcardus eũ occupat, ſed Eccleſiæ, coactus reſtituit. 90
.. Ab eod. Roberto Duca Apuliæ, Calabriæ, et Siciliæ obſidetur, ſed fruſtra. 93.
.. In cõceſſione Regni Siciliæ citra Pharũ ſpecialiter à Nicolao Papa Secundo S. Rom. Eccleſ. reſeruatum. 91

Ab

... *Ab ingenti terremotu aſfligitur.* 103
... A *Rogerio Rege ſub Pacis Sacramento deprædatur.* 105
... A *Federico 2. Imperatore deſtruitur, à qua ruina* Aquila *Ciuitas fundatur.* 121
... A Carolo *primo Rege Siciliæ crudeliter tractatur* 124
... *Specialiter excipitur à Clemente Pap. 4 in inueſtitura* Carolo Regi *facta, &* S.R.E. *reſeruatũ. ibid.*
... A *Ladislao Rege vexationes, & damna multa patitur tempore, quo fuit Regno priuatus.* 141
... A *Regina Ioanna 2. occupatum* 144
... *Laudatur à Sixto Pap. 4. de fide, deuotione, & obedientia erga Sedem Apoſtolicam.* 141
A *Carolo Quinto Imperatore vi occupatum.* 170
A *Philippo 2. Rege occupatum.* 174
Beneuentana Eccleſia in Metropolitanam erecta à Ioanne Pap. xiij. 69
Beneuentani *diuitias multas Caſinenſi Monaſterio donarunt.* 37
... *Recipere nolunt intra* Ciuitatem *Henricum Secundũ Imperatorem, qui eos excommunicare fecit à Clemente Pap. 2. qui cum eo erat.* 82
... *Priuilegium exemptionis de omnibus redditibus, & gabellis à Lothario Imperatore decorantur.* 108
... *Maxima aquæ penuria præmuntur, ſed Seraphici Sācti Franciſci precibus ſubueniuntur.* 119
... *Sternutas æqui Imperatoris Henrici 2. ad eius iniuriam abſciderunt.* 82
Beneuentanam *Ciuitatem ſi quis ex* B. Petri *Apoſtoli auferre tentet,* Anathematis *maledictionem incurrat.* 102
Beneuēt. *Ciuitas magna frumentis cop. Neap. Ciuitat.*

in

in maxima penuria adiuuit; Item, & Romanam vrbem magna frumenti copia ſubleuauit. 177
... A Symmacho Seniore Ciuitas, eiuſque ciues laudantur. 17
Beneuentanam Prouinciam Saraceni inuadunt, cædibus rapinis, incendÿsque deuaſtantes. 54
... Iterum Saraceni Beneuentanorum fines aggrediuntur. 55
Beneuentanæ Ciuitatis concrematio ab Eccleſia S. Renati ſurſum vſque ad portam auream. 59
Beneuentanæ Ciuitatis Rector monetam Regis Rogerÿ Beneuenti introducere recuſat. 112
S. Benignus Archidiaconus Beneuentanus Mart. 21
Bonifacius Pap. 9. conceſſit Beneuentanis ius regendi Caſalia in eius diſtricte exiſtentia. Confirmauit ſtatuta, & priuilegia eiuſdem. Conceſſit venientibus ad Ciuitatem Beneuentanam habitandam ſecuritatem, quod non poſſint pro quibuſcunque criminibus moleſtari, nec criminaliter, nec ciuiliter. 140
Bracchium S. Matthæi Apoſtoli è Ciuitate Salernitana Beneuentum traslatum. 64
... Deinde ad Monaſteriũ Montis Caſini per Sparanum Abbatem portatum 102.

C

S. Caſſianus Epiſcop. Beneuentanus miraculis clarus. 16
Caſſinenſe Monaſterium per Autharit Longobardorum Regẽ deſtructum
... A Giſulfo Beneuentanorum Principe ditatũ. Necnon à Beneuentanis diuitiæ multæ eidem collatæ. 25
Capitulum Beneuent. antiquiſſ. & de eius priuilegÿs. 192
Capitulum, & Clerus Beneuenta-

nentanus non tenetur Legatis, Nuntijs Apoſtolicis *ad procurationem aliquã pro bonis Eccleſiaſticis, quæ in Ciuitate, & diſtri-ctu Beneuentano poſſidēt, niſi ſpecialiter de eis fiat mētio in eorum commiſſionibus.* 146
Capituli dignates, quæ et de eorum prærogatiuis. 101
Capoferrus de Capoferris nobilis Beneuentanus Ar*chiepiſcopus* Beneu. 123
C*anonici Beneuentani bireto rubro vtebantur.* 160
.. *Habitu ad inſtar Canonicorum Sancti Petri de Vrbe à Paulo Pap.V. decorantur.* 95
C*anonici Beneuentani olim extabant numero octoginta ſeptem.* 99
.. *Habent electionem Canonicorum, & dignitatum.* 100
Calabria, & Apulia ſub dominiu Principatus Beneuentani. 4
Carolus Magnus Rex *Gallorum cum valido exercitu aduerſus Arrechum Principem* Beneuentanũ *venit.* 42
.. *At compoſitis differentijs ferunt ſub legati forma ſæpè Arrechum, viſitaſſe vt ſuismet oculis auditã eius magnitudinis gloriã inſpeceret.* 45
.. *Ad inſtantiam Adriani Pap.confirmauit donatio nem à Patre* Pipino *Stephano* Pap. 2.& S. R.E. *de nonnullis Italiæ Prouincijs, & præſertim de Ciuitate* Beneuent. *facta.* 47
.. *Item multo poſt, Romæ degens, Pipinum filium Beneuẽtum expediuit ob non ſeruatis ſibi promiſſis à Grimoaldo* Principe *Secundo, quid fruſtra multis menſibus oppagnatum, de reliquit.* 48
Carolus 2. *Caroli Magni Nepos confirmauit Epiſcopo Beneuẽtano omnia priuilegia à ſuis prædeceſſoribus Eccleſiæ* Beneuẽ*tanæ conceſſa.* 51

Caro-

Digitized by Google

Carolus Epiſcopus Beneuen-*tanus.* 55
Carolus Dux Andagauenſis Ludouici Regis Franciæ frater, dum ab Vrbano Pap. 4. *accitus contra Manfredum Tyrannum quem in bello vicit, et occidit, à Clemente Pap. IV. de Regno Siciliæ, & Hieruſalem inueſtitur.* 123.
Ciuitatem Beneuentanam crudeliter dirimit ſub prætextu quod Manfredum receperat, & deinde multis priuilegijs decorat 124.
Carolus V. Imperator Bene*uentum occupat.* 170
Capua in cinerem redacta à Radelchi Principe Beneuentano. 53
Caſtrum Sancti Angeli in Gargano ab Othone Imperatore Pandulfo *Archiepiſcopo* Beneuentano *donatum.* 67
Caſtrum de Vipera ab ipſa met familia de Vipera per longa temporum ſpatia poſſeſſum. 92
Cyphius Senator Beneuentanus Corpora *Sanctorum Feſti, & Deſiderij Martyrum* Beneuentum *transferre curauit ex Puteolana* Ciuitate. *Templumque in ipſorum honorem fundauit, & fuit primũ Tẽplũ, quod* Bene*uenti in Sanctorum honorem fuit fundatum.* 13.
Ciuitas *Neapolitana ſub tributo à* Sicone *Principe* Beneuentano *ſubiungatur; Neapolitani illud ſoluere retractantes Sicardus Filius armis ad illud ſoluendum eos reduxit.* 50
Ciuitas *Beneuentana à Diomede Duce deuaſtata, ab eodem ſecundario ſuam agnoſcit originem, quæ pro temporum varietate, varijs etiam eſt appellata nominibus.* 2

Ee *Diu-*

. . Diuturniora ſui Imp. fundamenta retinuit, vel vt Reſpub. Samnitum tempore, vel vt ſui dominij caput apud Duces, vel vtnũc ſub Felici Sedis Apoſtolicæ arbitrio in vnoquoque triplicis huius ſtatus ſemper aliquid ſumma gloria dignum eluxit. ibid.
. . Regnum Siciliæ citra Pharum altri conceſſum, Ciuitas Beneuentana reſeruatur Sedi Apoſtolicæ in ſignum directi dominij, quod habet in eo 35
. . Propter bella, & Mortalitates quaſi deſolata manet. 140
. . Ab antiquo tẽpore S.R.E. affectionatiſſima extitit, aſſerit Sixtus Pap. 4. 153.
. . Oppreſſiones, & damna multa occaſione belli inter Innocentium Pap. 8. & Ferdinandum Regem paſſa eſt, eiuſq; Ciuium fidem, & deuotionem, & ſinceritatem laudat Pontifex, doletq; plurimum de eius damnis 159
. . Ab ingenti terremotu cõcutiuitur, vide infra in verbo terremotus.
Ciuile bellum Beneuentum inſurgit, vide ſupra, in verb. bellum ciuile.
Celeſtinus Pap. 3. Conſtantiam filiam Regis Rogerij è Monaſterio Panormitano eduxit, Henrico 6. dedit vxorem, ea conditione, vt Regnum Siciliæ dotis nomine expeteret, & cenſum feudatario iure S.R.E. quotannis ſoluat. 118
Clemens Pap. 2. Beneuentanos excommunicat, quia noluerunt intra Ciuitatẽ Henricum Imperatorem recipere. 82
Clemens Pap. 4. Carolum Ducem Andagauenſem de Regno Siciliæ, & Hieruſalem inueſtit, excepta Ciuitate Beneuent. 124
Clemens Pap. 5. Regnum Siciliæ Roberto Regi cõceſſit excepta Ciuitate Beneuent. 133

Cle-

Clemens Pap. 6. confirmat Archidiacono, & Capitolo Beneuent. priuilegia à Pōtificibus prædeceſſoribus eis conceſſa. 137

Clemens Pap.6. ſcribit Americo Cardinali in Regno Siciliæ citra Pharū Bailo *& adminiſtratori Regni ob defectū minoris ætatis* Reginæ *Ioānæ à Romana Eccleſia deputato, vt adminiſtrationem, et Regni Gubernium deponat in manibus ipſius Reginæ, ſtante eius maiori ætate, excepta Ciuitate Beneuent.* 133

.. *Limitat, & diſtinguit fines tendimenti, ſeù territorij Ciuitatis* Beneu. 135

.. *Mandat Archiepiſc. Beneuentano, vt limitationem prædictam publicet, & obſeruari faciat, et Gubernatorē Ciuitatis eiuſdem in poſſeſſionem d. limitationē immittat.* 136

Clemens *Pap.* 8. *Monaſterium Sanctæ Sophiæ perpetuo vniuit* Cōgregationi Canonicorum *Regularium Sancti Saluatoris* Bononienſ. 177

.. *Regnum Siciliæ citra* Pharum *concedit in feudum* Philippo 3. *de Auſtria, excepta Ciuitate* Beneuent. *ibid.*

.. *Præſcribit formam aſſecurationis* Banditorum *in Ciuitate Beneu. ibid.*

Conſtantius Conſtantinus d. Coſtātinopolitano Imperatore Beneuentum obſidet. 28

Cōcrematio *ferè mediæ Ciuitatis* Beneuentanæ. 59

Conſeruatio Epiſcopo Beneuētano *Anthius Protopatricius, et* Baſilius *Protonotarius Coſtantinopolitani Imperatoris conceſſerunt omnia pertinētia, et ſub poteſtate ipſius* Epiſcopo *Epiſcopatus præter Eccleſiam Sancti Angeli, quàm Imperatoris diſpoſitioni reſeruarunt.* 58

Conſtitutiones Eccleſiæ Beneuentanæ Petrus 3. *Archiepiſcopus edidit.* 137

Digitized by Google

Conſtitutiones Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Spiritus confirmãtur à Monaldo Archiepiſcopo. 130

Collegium Eccleſiæ Sancti Bartholomæi Apoſtoli ab Archiepiſcopo Stephano fundatum. 134

Collegium Eccleſiæ Sancti Spiritus ab Abbate Abdenago fundatum. 115

Collegium Societ. IESV maximis beneficijs cumulauit Põpeius Card. Arigonius Archiep. Beneuẽt. eiuſq; fundatoris nomen decoratur. 182

Corpus S. Ianuarij Mart. Epiſ. Beneu. per Siconem Principẽ è Neap. Ciuit. Beneu. translatum. 50

Corpora Sanctorum Felicitatis, & filiorũ è Ciuitate Aliſæ Sicardi Principis pietate Beneu. trãslata, et in Cathed. collocata. 53

Corpus S. Vitaliani Epiſc. Capuani, e collabente Eccleſ. Mõtis Virgiliaci Beneuentũ translatũ, & in Cathedrali recõditum. 63

Corpora Sãctorum duodecim Fratrum Martyrum diligentia Principis Arrechi Beneuent. è diuerſis Apuliæ partibus trãslata, & in Eccleſia Sanctæ Sophiæ tumulata, cui Principi ipſi Sancti Martyres in eadem Eccleſia apparuerunt. 38

Corpus S. Merc. Mart. pietate Arrechi Principis è Quintodecimo Ciuitate Beneu. portatũ, et in Eccl. S. Sophiæ collocotum. 40

Corpus Sancti Bartholomæi Apoſtoli ex Lipara Inſula Beneuentum Sicardi Principis diligẽtia, ac pietate delatum. 52

Corpora Sanctorum Epiſcoporum Deodati, Marciani, è proprijs eorum ſedibus Beneuẽtum trãſlata. 53

Corpora Sancti Pantaleonis Martyris in diruta Eccleſia Sancti Cornelij in Plano Curiæ inuẽtum, in Cathedralem translatum. 176

Cor-

Corporis Beatiſſimi Leuitæ Modeſti Martyris ex Vrbe Beneuẽtana tranſlatum, & in Eccleſ. Sanctæ Mariæ ad Oliuolam collocatum. 25

..Deinde in Eccleſia eius nomine dicatata reconditum. 27

Corpus Sancti Lupi Epiſc. in Eccleſia eius nomine dicata ſeruatur caput verò ipſius in Cathedrali extat poſitum.. 148

Corradus Federici Imperatoris filius à Manfredo fratre ſuo ſpurio veneno extinguitur. 122

Corradinus Corradi filiꝰ Regnũ inuadit, & ita à Corolo Rege extinguitur 126

Corrado Capycio Archiepiſcopo Beneuentano, fuit à Sixto Pap. 4. ſublata facultas præferendi in actu viſitationis ſuę Diocœſis Sãctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum, & confirmata illa gerendi Pontificale Camaurum cum vna corona gemmata, & ſuas bullarum expeditiones plumbeo ſigillo munire. 153

D

DAns Epiſc. Beneuentanus compoſuit differentias inter Carolum Magnum Regem Frãciæ, & Arrechum Primum Principum Beneuentan. 42

B. Daniella Ordin. Prædicatorum Petri de Vipera filia. 127

Dauid Epiſcopus Beneuentanus Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ hodie Metropolitana eſt, conſecrauit. 25.

Dauid 2. Epiſcopus Beneuentanus ſepulturam Romualdi Principis Arechi filÿ elegantibus verſis exornauit. 71

S. Deodati Epiſcopi Nolani Corpus ex ſua ſede Beneuẽtum translatum, & in Eccleſia eius nomine dicata collocatum. 53

Deſi-

Deſiderius ex Magnatum Beneuentanorum proſapia Abbas Monaſterij Caſinenſis, deinde Cardinalis poſtremo in Pontificem electus Victor 3. vocatus, Beneuẽtum venit, vbi ſynodum celebrauit, ibiq; infirmatur, Caſſinum redijt, vbi obijt. 94
Deus dedit Canonum volumẽ in ordinẽ redegit. ibid.
Dicatio Eccleſiæ Beneuentanæ in honorem Beatiſſimæ Virg. Mariæ. 25
Dicatio Eccleſiæ in honorẽ Sãcti Bartholomæi Apoſtoli. 130
Dedicatio Altaris in honorẽ Sancti Mercurij Martiris. 102
Dionyſius Laurerius Beneuent. S.R.E. Card. vir inſignis. 171
Diomedes Græcorum Dux Beneuentum deuaſtauit, & deinde readificauit. 2.
S. Dorus Epiſcopus Beneuẽtanus. 16
Dorus 2. Epiſcopus Beneuẽtanus, ad quem ſunt litteræ Sancti Leonis Papæ Primi. 19
Duda Parda nobiliſſima mulier Beneuentana Eccleſiam Sãctæ Mariæ ad Oliuolã ampliauit, ipſiq; contiguæ fundauit Eccleſiam, & Monaſterium in honorem Sancti Modeſti Leuitæ, & Mart. ibi eius caput translatum, & ſuper Altari eius nomine dicatum, collocatum. 27
SS. Duodecim fratres Martyres in Eccleſiæ Sanctæ Sophiæ ab Arecho Principe collocantur, eique apparuerunt in eadem Eccleſia, dum noctæ quadã orationis cauſa in ea acceſſit. 38

E

Æmilius Epiſcopus Beneuentanus vnus ex ijs fuit, qui litteras Innocẽtij Pap. I. Honorij Imperatoris, & Epiſcoporum Italiæ ad Archadium Im-

Imperatorem Coſtantinopolitanum detulerunt tempore perſequutionis illatæ Sancto Ioanni Chriſoſtomo. 18
Eccleſia Sancto Lucæ Euangeliſtæ propè Portam Rufinam, ex corpore Sanctæ Arthelais Virg. depoſitione tranſiuit in nomen, & cultum eiuſdem Virginis. 23
Eccleſia Sanctæ Mariæ ad Oliuolã eximitur à ſubiectione Monialium Sãcti Nazarij. 24
Eccleſia Sancti Andreæ Apoſtoli de Platea dicta fundata ab Alberto de Morra Beneuentano S. R. E. Vicecancellario Cardinali de Beneu. 114
Eccleſia Collegiata Sancti Spiritus ab Abbate Abdenago fundata. 115
Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli extramœnia à Theodata Ducis Grimoaldi fundata. 33
Eccleſia in honorem Dei Genitricis, quæ hodie Metropolitana eſt, à Dauid Epiſcopo Beneuentano Solemni ritu conſecrata. 25
.. A Sicone Principe Beneuentano ampliata. 50
.. In Metropolitanam erigitur à Io. Pap. xiij. 69
Eccleſia Sanctæ Sophiæ à Giſulfo 2. Principe Beneuent. fundata, ab Arrecho Principe mirificè perfecta. 38
Eccleſia in Sãcti Bartholomæi Apoſtoli honorem à Principe Sicardo incepta ab Vrſo Epiſcopo Beneu. perfecta fuit. 53
Eccleſiæ omnes Cathedrales ſub Principatu Beneuentano poſitæ ſubſunt Epiſcopo Beneuentano. 63
Eccleſia Beneuentana habebat in ſuo ſeruitio octoginta ſeptem Canonicos. 196.
Eccleſia Beneuentana habebat electionem Archiepiſcoporum. 127. & 197.
.. Et Archidiaconorum. ibidem.
.. Nunc autem ſolummodo

ele-

electionem Canonicorũ, & dignitatum, excepta prima poſt Pontificalem, quæ eſt Archidiaconatus

Eduardus Henrici Angliæ Regis filius, ab Alexandro Pap. 4. inueſtitur de Regno Siciliæ citra pharum. 123

Electio Ioannis de Caſtro Cęli nobilis Beneuẽt. Monachi Caſinenſis in Archiepiſcopum Beneuentanum à Capitulo Beneuent. facta. 127

Electio Archidiaconi Beneuentani per eundem Capitulum facta. ibid.

Electio Protonotarij Laurẽtij Columnæ in Archiepiſcopum Beneuentanum facta à Rege Ferdinando effectu caruit. 157

S. Euaſius ex nobilibus parentibus Beneuẽtanis ortus, Epiſcopus Aſtenſ. & Caſalens, Martyrio coronatur ab Aſtubaɩ Duce Arriano. 33

Eugenius Pap 4. confirmauit uniones omnes Capitulo Beneuentano factas, exeepta vnione Eccleſiæ Sancti Ioannis Hieroſolymitani. 146

..Regnum Siciliæ citra Pharũ conceſſit Alphonſo Primo excepta Ciuitate Beneuentana. ibid.

F

FAbritius Columna Beuentum intrare inuigilat, vt nouitates faciat impediendi cauſa Regem Ferdinandum in recuperatione Regni. 161

Fęlix Epiſcopus Beneuentanus 21

Felix 2. Epiſcopus Beneuẽtanus. 23

SS. Felicitatis, & Filiorum Martyrum Corpora è Ciuitate Aliphæ Beneuentum transferuntur, & in Cathedrali collocãtur. 53

Federicus Secundus Imperator Beneuentum deſtruit. 121

..Deinde mandauit diruì Eccle-

Eccleſias omnes, quæ ibi erant, & Beneuentanos, *qui ex prædicto excidio euaſerant, & ad propria radierant, ad alia loca transferri, ex quo impio decreto miraculũ memoriæ dignum ſucceſſit.* 122

.. A *Manfredo filio ſpurio extrictus* ibid.

Federicus de Aragona Regnũ Siciliæ citra Pharum in feudum obtinet ab Ale*xandro Pap.6.* 162

Ferdinãdus de Aragona *Regnũ Siciliæ in feudũ obtinet à Pio* Pap.2. 150

.. *Priuilegiũ exẽptionis Ciuitati* Beneuẽtanæ,*eiuſq;* Ciuibus *fecit.* 156

Ferdinãdus Rex eligat Archiepiſcopum Beneuenta*num* Protonotarium *Laurentium Columnam, ſed electio caruit effectu.* 157

Ferdinado Regi conceditur in feudum Regnum *Siciliæ citra Pharum, excepta* Ciuitate Beneuentana *à Iulio* Pap.2. 166

Fælix Pap. 4. *Beneuentanus.* 11

Florida Imperatrix Bene*uentum adueniti deuotionis cauſa ad Eccleſiam Sancti* Bartholomæ *Apoſtoli.* 107

S.Phoſinus B.P*etri Apoſtoli diſcipulus Primus Epiſcopus* Beneuentanus. 1

Franciſcus Archiepiſcopus Beneuentanus 139

Franciſcus 2. *Archiep.*Bene*uent.* 172

Fundatio Eccleſiæ S*ãcti Petri Apoſtoli extra mœnia* Ciuitatis B*eneuentanę à Theodata vxor Ducis Grimoaldi* 33

G

G*Aleottus Frãciottus de Riuere Card. Archiep. Beneuent.* 165

Garimberga ſoror Principis Arrechi Prima Abbati*ſſa Monaſteriĵ Sãcti Sophiæ.* 39

Gaſpar Columna *Archiep.* Beneuent. 145

Digitized by Google

Gaſtaldens Beneuentanus ſecit hoſpitale, iuxta Beneuentum *de proprÿs bonis, illudque ſubmiſit* Mo*naſterio Caſſinenſi.* 49

Gauderius ſucceſſit in Principatu Beneuentano Adelgitio, ſeu Adelchi eius fratri. 58

Gieſualdus, ſeu Teſualdus Nutricius Romualdi Ducis Beneuentani, non minus magnanimitate, ac prudentia, quæ pietate clariſſimus, Horatÿ C*œlitis æmulator.* 29

Gregorius Magnus fuit Be*neuenti cum à* Pelagio Pa*pa Conſtantinopolitanum ad Tiberium Imperatorem fuit miſſus, & hoſpitio receptus à Fratribus Monaſterÿ Sanctæ* Mari*æ ad* Oliuolam *exiſtentem extra Ciuitatem, & propè moenia ipſius. Adeuius preces* Pela*gius* Pa*pa exemit d. Eccleſiam Sanctæ* Mari*æ à ſubiectione Monialium Sancti Nazarÿ.* 24

..Arrecho Duci Beneuen*tano, & fratribus dicti* Mona*ſterÿ Corpus Sancti Modeſti Leuitæ, & Mart.* 25

..Scripſit Arrecho Ducis, vt in locis ſuæ ditionis Sabino Diacono concederet ligna concidere ad Sanctorum Petri*, & Pauli* A*poſtoli templa reſtauranda.* 26

Gregorio Duce Beneuentano II*. mortuo Godiſcalcus à* Beneuentanis *ſufficitur Dux. At Luitprandus ex expulſo Giſulphū nepotem olim propter ętatem amotum, iterum impoſuit* Ducem. 36

Gregorius Pap. V. ſcribit Alphano A*rchiepiſcopo de Vſupallÿ, et de confirmatione Eccleſiarum ſuffraganearum.* 75

Gregorius Pap.VII. eodem ſuę ordinationis anno Be*neuentum ſe recepit, vbi conſtitutionem inÿt cum Landulfo Principe Beneuentano de fidelitate erga*

Digitized by Google

ga S. R. E. ſeruanda in Synodo Romæ *per eum celebrata inter alia extat ſtatutum, vt ſiquis Beneuentanam Ciuitatem dānificet, offendatque, in excommunicationem incidat.* *ibid.*

Gregorij Archiepiſcopi Bene *uentani electio.* 105

.. Ad *Innocentium Pap. II. à Populo Beneuētano delegatur. Ab* Anacleto *An tipapa expulſus*, Ab *Innocentio* Pap. *ſuæ Eccleſiæ reſtituitur, expulſo* Roſſimanne *ab* Antipapa *electo.* 106

Gregorius Pap. XV. Regnū Siciliæ citra Pharum (excepta Ciuitate Beneuen*tana) Philippo IV. de* Auſtria *in feudum conceſſit.* 184

Grimoaldus Dux Beneuentanus Rodualdo Duci 4. ſucceſſit Eccleſiæ Sancti Modeſti Leuitæ, et Mart. *poſſeſſiones, opeſque multas donauit, et in ea* Ab*batem præfecit* Bentegra*dum Patruum ſuum, et Auūculum Rodoaldi Ducis. Efficitur Rex Longobardorum, et in Ducatu* Beneuentano *ſuccedit* Ro*moaldus eius filius.* 27

Grimoaldus 2. Dux 7. Be*neuent. datur obſes ab* Ar*recho* Patre *Carolo Magno Francorum* Bege, *vltra duodecim Nobiles per ipſum Electi, et eum ſecū in Galliam duxit.* 42

.. M*ortuo* Arrecho *Patre* Beneuētum *remiſſus magno cum honore, quibuſdam adiectis conditionibus.* 46

.. Carolus *deinde ei bellum mouit ob non ſeruatis pactis, et Pipinum Regem filium in eum expediuit, cum quo frequentiſſimum bellum fuit.* *ibid.*

Grimoaldus 4. Princeps 3. *ſucceſſit* Grimoaldo 3. *cuius fuerat Theſaurarius.* 48

.. A *Radelchi* Comite Cō*pſano extinctus.* 49

Giſulfus 2. Dux Beneuen-

tanus 13. *Monaſterium Caſſinenſe locupletauit. Nobiliſſimum Monaſterium* Sanctæ Sophiæ *incepit, morte præuentus interrupit.* 37

Gualdericus Archiepiſcopus Beneuent. 121

Gualderius *Archiepiſcopus Tarentinus Eccleſiam in honorem Sãcti Ianuarij Mart.* & Epiſcopi Beneuentani *fundauit, ibique eius Corpus, nec non* Corpora *Sanctorum Feſti, & Deſiderij* Martyrum *tranſtulit, collocauitq; Roffridus Archiepiſcopus* Beneuentanus. 104

Guarmundus Archiepiſcopus Beneuentanus. 82

Guarmundus 2. *Archiepiſ.* Beneuentanus. 111

Gubernatores, & Officiales Ciuitatis Beneuent. *progeſtis. eorum officio finito tenentur debito ſyndicatui ſe ſubijcere.* 173.

Guido Lombardus Dux, & *Marcheſius Vrbem* Beneuentanam *pulſis Græcis recuperant.* 59

Guillielmus, & *alij Regni* Proceres *iuramentũ fidelitatis* Caliſto Pap. 2. Beneuenti *præſtant.* 102

Guillielmus *Rogerio Regi Patri ſuccedit in Regnis vtriuſque Siciliæ.* 112

.. Beneuentana *ſuburbia, & alia loca* Eccleſiæ *occupat. Adrianus Papa Quartus ipſum excommunicat, qui Beneuentum venit rogatus à* Proceribus *Apuliæ.* Maiorem *partem Regni* Guillielmo *abſtulit, compoſitis poſtea rebus, eum ab excommunicatione abſoluit, Regnumque reſtituit, accepto ab eo iuramento fidelitatis. ibidem.*

Guillielmus *Guciſcardus* Rex Siciliæ, *Dux Apuliæ,* Princeps Calabriæ, *Caſtrum Capraria, &*

Star-

Startiam, Turris Palatij Eccleſiæ Sancti Andreæ Apoſtoli donauit. 117

Guillielmus Bilocta Vrbis Beneuentanę Rector Caſtrum pro illius ſecuritate conſtruxit 129

Gutto Epiſcopo Beneuentano, Præſul eſuit Corpus S. Ianuarij Mart. Epiſcopi Beneuentani, è Neapolitana Ciuitate Beneuentum per Siconem Principem translatum, & in veteri Cathedrali, quæ Hieruſalem appellabatur cum Martyribus Feſto Diacono, et Deſiderio Lect. eiuſd. Eccl. collocatum. 50

H

HErembertus Anglus Comes Sancti Thomæ Cāt. Epiſcopus, cuius martyrium ſcripſit Archiepiſcopus Beneuētanus deinde Cardil. effectus. 116

Henricus Secundus Imperator Beneuentum contemnēs, cum noluiſſet Beneuentani eum recipere, eos excommunicare fecit à Clemēte Pap. 2. qui cū eo erat. 82

Henricus 2. Imper. Beneu. Vrbem cū Eccleſ. Barbergenſi cōmutat, Romanæq; Eccl. Imp. ſubmittit 84

Henricus 6. & Conſtantia Regis Rogerij filia Neapolim obſident, & occiſo Tancredo Regnum obtinent 118

Henricus Archiep. Beneuētanus. 113

Herilis Sicardi Principis Beneuentani filia à Dæmone vexatur, & interceſſione B. Antonini liberatur. 52

Honorius Pap. 2. Beneuentum ſe recepit, quo tempore terremotus ingens, Vrbem Beneu. per quindecim dies afflixit. 103

. Rogerium de Ducatu Apulia inueſtiuit. ibid.

Ho-

Hoſpitale Sanctiſſimæ Annunciationis Beneu. *Vrbis,et illius Rectores, perſonas,res,et bona à iuriſdictione* Archiepiſcopi, *et aliorum iudicum Ordinariorum exemptum, et liberum,et Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum.* 154.

Hugo Guitardi Archiepiſcopus Beneuent. *Synodũ Prouincialem celebrauit.* 138.

Hugo Secũdus Ordinis Prędicat.Archiepiſcopus Beneuentanus dedit ſuis Canonicis habitum hyemale. 139

Hugo 3. *Archiepiſcopus* Beneuentanus. 142

Hungari innumerrbiles ſupra Beneuentum adueniunt omnia in circuitu depradantes. 60

I

S. IAnuarius *Epiſcopus* Beneuentanus *Martyrio coronatur Puteuli vna cum Feſto* Diacono Deſiderio, *Lectore Eccleſiæ* Beneuent. *et cum eo Stephanus eiuſdm Vrbis* Ciuis. 12

A *Sicone* Principe *Beneuẽtano è Neapolitana Vrbe ad ſuam ſedem translatum.* 23

Ianuarius 2. *Epiſcop.*Beneuentanus *inter fuit Concilio Sardicenſi ſub Iulio* Pap. 1. *quem inter sãctos ad numerat* Biniuus. 17

Iacobus Ratta *Archiepiſcopus* Beneuentanus *è dignitate depoſitus.* 148

Iacobus Cardin. Sabellius Archiepiſcopus Beneuẽt. *Clericorum Seminarium fundauit; Synodum* Prouincialem *celebrauit.* 175

Ildebrandus Epiſcopus Beneuent. 26

B. *Ioannes Epiſcopus* Beneuentanus. 19

Ioannes Secundus Epiſcopus Beneuent. 37

Ioannes Tertius Epiſcopus Be-

Beneuent. cui Carolus Secũdus Caroli Magni nepos confirmauit priuilegia omnia ſuæ Eccleſiæ Beneuentanæ. 53

Ioannes Quartus Epiſcopus Beneuentanus, cui Ludouicus Secundus Imperator inter alia bona donauit Caſtrum Sancti Angeli in Gargãno 56

Ioannes Pap. 8. Ludouicum Imperatorem à iuramẽto, quo ſe Saracenis Beneuenti obligauerat, abſoluit. Pacem inter ipſum Ludouicum, et Adelgisũ, ſiuè Addelchem Secundũ Principem Beneuentanũ compoſuit 57

Ioannes Quintus Epiſcopus Beneuentanus cui Marinus Pap. 2. confirmauit Cathedrales Eccleſias ſuę Eccleſiæ ſubiectas. 61

Ioannes Archidiaconus Beneuentanus ex Ducum Beneuentanorum progenie efficitur Abbas Monaſterij Caſſinenſis 75

Ioannes Archiepiſcopus Beneuent. contra Alexandrum Pap. 2. in ſchiſmate creatus, Paſchalis 3. dictus, opera Reipub. Venetæ Pontificatui ceſſit, et ab eodem Alexãdro Archiepiſcop. Beneuentanus creatus 114

Ioannes Secundus Archiepiſcopus Beneuent. 117

Ioannes 3. de Caſtro Cœli nobilis Beneuentanus Monachus Caſſinenſis electus Archiepiſcopus a Capitulo Beneuentano, deinde Cardinalis effectus 127

Ioannes 4. Archiepiſcopus Beneuentanus 128

Ioannes Archiepiſcopus Capuanus multa bona ad diuinum cultum ſpectantia auro, & argento contexta Adenulfo Archiepiſcopo Beneuent. & eius Capitulo dono tranſmiſit, ibid.

Ioannes Pap. 22. transferri fecit Moniales Sanctæ Mariæ Portæſummæ ad Sancti Petri Monialium

Mo-

Monaſterium cnm reddi tibus, & in ipſo Monaſterio Portæ Summæ fortilitiam pro tuitione Ciuitati extruendam mandauit. 129

Ioannes V. della Caſa Archiepiſcopus Beneuentanus. 174

Ioanna Secunda Regina Beneuẽtum occupat; Priuilegia exemptionis per Ladislaum, & alios Reges conceſſa Ciuibus, Ciuitatiq; Benenentanæ, confirmat, 144

Innocentius Pap. 2. cum exercitu Imperatoris Lotharÿ ſuper Beneuentum ſe tranſtulit, quod à fautoribus Antipapæ Anacleti occupatum tenebatur, in ſuam poteſtatem recepit. 106

.. Beneuentum intrat, Roſcimannum Pſeudo Archiepiſcopum expulit Caſtellum ab eo fabricatum deſtrui fecit leges, & ſtatuta ab Anacleto factas ceſſat, annullatq; ibid.

Innocentius Pap. 3. ſcribit Archiepiſcopo, & Capitulo Beneneuentano, non teneri ad procurationem pro bonis Eccleſiaſticis in eorum diſtrictu exiſtẽtibus, Legatis, & Nuntÿs Apoſtolicis, niſi de Beneuentana Ciuitate, & diſtrictu in eorũ litteris mẽtio expreſſa habeatur. 118.

Innocentius Pap. 8. in ſignũ Patenæ beneuolẽtiæ trãſmiſit vexillum eius armis inſignitum. 159

.. Conſtituit Vicarium Archiepiſcopi Beneuentani iudicem Appellationum. 160.

.. Regnum Siciliæ citra Pharum Alphonſo Duci Calabriæ conceſſit, excepta Ciuitate Beneuentana ibidem.

Inuentio Sanctorum Corporum Marciani, Dori, Potiti, Proſperi, Felicis, Ceruoli, atq; Stephani, quæ in Cathedrali collocata ſunt. 100

Italia

Digitized by Google

Italia ferè tota vexatur propter bellum inter Radel*chum, & Sinoc*[illegible]*lpum ob* Ducatum Beneuent. 54

Itali Africam ingreſſi centum millia Saracenorum occiderunt, præcipuamque eorum vrbem euerterunt. 94

Iulianus Apoſtata miraculosè à Sancto Mercurio Martyre *interfectus.* 41

Iulius Pap. 2.Monaſterium *Sancti Modeſti vniuit* Congregationi Canonicorum Regularium Lataranentium. 165

.. *Pacem inter* Beneu.*procurat, idcirco pro cōponēdis diſcordijs Epiſc.* Ciuitatēſem Beneu.*mittit.* 156

.. *Ludouicum Regem Siciliæ citra Pharum Regno priuat ob non ſeruatis pactis in diuiſione ipſius cum Ferdinando, & Eliſabeth Regibus Hiſpaniarum initis, eumq; eidem Ferdinando cōcedit.ibid.*

.. *Obdamna, quæ Ferdinādus à Saracenis quotidie patiebatur, remiſit ei cenſum octomilium vnctiarum auri, retenta tantùm ſolutione vnius Paraphreni.* 167

Iulius Pap. *Tertius confirmat priuilegia pro Summos* Pontifices *Ciuitati* Beneuent. *conceſſa.* 173.

.. *Statuit, vt Officiales eiuſdem finito officio, ſyndicatui ſe exhibere debeant ibid.*

.. *Regnum Siciliæ, & Hieruſalem* Philippo *Secundo de* Auſtria *conceſſit, excepta Ciuit.*Beneu. 174.

Ius regendi caſalia in diſtrictu Beneuent. *exiſtentia,* Ciuitati Beneuētanæ, *cōceſſit* Benedict.PP.9.140

Iuſtinianus Imp.Conſtantinop. Belliſariū *in Italiā mittit cum ingenti exercitu ad eā liberādā è Gothorū ditione quā breui tēpore adeptus eſt.* 22

.. *Deinde Narſetē Eunuchū cū exercitu in Italiā miſit contra Totilam Gothorum Regem.* 23

L

Landenolſo Principe Beneuēt. extincto, ad Principatum fuit euectus Laidolfus eius frater 75
Landulfus Secundus Princeps Beneuentanus ſuccedit Pandulfo patri 67
Landulfus Archiepiſcopus Beneneuētanus ad quem ſunt litteræ Ioannis Papæ xiij. de Vſu pallij, & confirmatione ſuffraganearum Eccleſiarum. 69.
Landulfus Tertius ſuccedit Antenulfo Principi Beneuentano. 63
Landulfus, & Pandulfus fratres Principes Beneuentani confirmarūt Monaſterio Sancti Modeſti omnia eius priuilegia. 67.
Landulfus Princeps Beneuentanus deficit à Nicephoro Conſtantinopolitano Imperatore, & Otho Imperator eum in ſuam tutelam recepit ibid.
Landulfus Princeps Beneuentanus fidelitatem iurat S. R. E. in manibus Gregorij Pap. 7. qui fuit vltimus Princeps Beneuentanus. 92
Landulfus Secūdus Archiepiſcopus Beneuentanus à Paſchali Pap. Secundo Beneuenti ordinatur, à quo fuit deinde è dignitate depoſitus, ſed poſtea reſtitutus, & ſynodum Prouincialem Beneuenti celebrat. 98
Landulfus Tertius Pſeudo Archiepiſcopus Beneuentanus ab Anacleto Antipapa Romæ conſecratur. 104.
Ladislaus Rex Siciliæ ſcribit Archiepiſcopo, & Capitulo Beneuentano petens partē corporis Beatiſſimi Bartolomæi Apoſtoli. 142
Ladislaus Rex prædictus Regno priuatur ab Alexandro Pap. V. 141
Laurentius Cardinalis Cibo

Inno-

Innocentij Pap. 8. *Nepos* Archiepiſcopus Beneuentanus *Beneuentum ſe recepit,locum* Capituli *ædificare fecit.*Biretum *rubeum* Canonicis *reſtituit, ſiuè donare curauit.* 159.

Leonardus Griffus Archiepiſcopus Beneuent. 158

S. *Leo Papa* Primus *ſcribit* Doro Epiſcopo Beneuentano. 19

*Leo Pap.*9. *venit Beneuentum, & ab excommunicatione Ciuitatem abſoluit.* 83

.. *A Northmannis in prælio ſuperatus, & captus, ſed cum honore vna cum ſuis* Beneuentum *dimittitur.* 85

.. Denuo *ad eius ius, & proprietatem reuocat, & ſubijcit nonnullas Cathedrales Eccleſias Motropolitanæ Eccleſiæ* Beneuentanæ. *ibid.*

Lotharius Rex *Francorum in auxilium* Redelgarij *Principis* Beneuen. *venit contra* Saracenos. 54

Lotharius Imperator *exēptionis priuilegium* Beneuentanis *concedit.* 108

Leo nobiliſſimus, et ditiſſimus Beneuentanus ſeipſum cum bonis Monaſterio Caſſinenſi *tradidit* 41.

Linianus Epiſcopus Beneuētanus. 17

Linianus Secundus Epiſcopus Beneuentanus *Eccleſiam Sancti* Modeſti *Leuitæ, et Martyr. dicauit, eiuſq;* Corpus *ſupter* Altare *ei ſpecialiter dicatum, collocauit.* 25

Lombardus Archiepiſcopus Beneuentanus. 114

Ludouicus Secundus Imperator venit Beneuentum *ad* Longobardorū *ſupplicationem ad ſedēdas differentias ob Ducatum Beneuentanum ortas inter* Radelchem,*et Sinocolſum.* 54

.. *De Saracenis victoriam obtinuit Ioanni* Epiſcopo *Beneuentano donauit*

Caſtrum Sancti Angeli in Gargano, eandem Eccleſiam eidem Epiſcopo confirmauit. 56

Ab Adelgiſo, ſeù Adelchi Secundo Principe Beneuentano proditur Saracenis, & ab eis in carcerem detruditur, nec inde exēptus, donec ſit pollicitus ſeruare, quæ ſeruanda obtulerunt. ibid.

Ludouicus Cardinal. Pothocaterus Archiepiſc. Beneuentanus. 164

Ludouicus Rex Francorum ob non ſeruata pacta in diuiſione Regni Siciliæ citra Pharum inter ipsũ & Ferdinandum, & Eliſabeth Regès Hiſpaniarum, Regno priuatur à Iulio Pap. 2. 165

Luitprandus Dux Beneuētanus Giſulfo ſucceſſit. 35

M

Maffæus Barbarinus Cameræ Apoſtolicæ Clericus à Clemēte Pap. 8. Beneuentum miſſus cum Alexandro Ludouiſio Sacr. Palatij Apoſtolici Auditore, & Petro Mellino Vtriuſq; ſignaturæ Referendario Ciuitatis Beneuentanæ Gubernatore, ob differentias ortas occaſione finium inter Beneuentanos, & Regis Miniſtros, Barones, & homines conuicinos, qui Illuſtriſſimi Domini ad voluntatem Sāctiſſimi eas compoſuerũt, qui ſimul cum Alexandro à Paulo Pap. V. ad Cardinalat⁹ honorē exaltãtur. Mortuo Paulo fuit ad Pontificatus aſsũptus Alexander, et Gregorius XV. vocatus, quo mortuo, Maffæus eligitur in Pontificem, & Vrbanus Octauus nũcupatus. 178

Manfredus ſpurius Federicũ 2. Imp. Patrē occidit, necnon, & Corradũ Federici filiũ veneno extinguit. Regnũ occupat, et ab Alexandro Pap. 4. excōmunicatur. 122

. : A Carlo Duce Andagauenſ. ad tuitionem Eccleſiæ vocatus à Papa in bello victus, & extinctus 123.

San. Marcianus Epiſcopus Beneuentanus, quem cõuenit Sanctus Placitus iturus in Siciliam. 21

Sancti Marciani Epiſcopi Frigẽtini corpus è ſua Sede Beneuentum tranſlatum diligentia Sicardi Principis in Cathedralẽ collocatum. 53

Marinus Pap. 2. confirmauit Ioanni Epiſcopo Beneuentano nonnullas Cathedrales Eccleſias. 61

Maldefrid Epiſcopus Beneuentanus. 67

S. Matthæi Apoſtoli Brachium è Ciuitate Salernitana Beneuentum. 64

. . Deinde ad Montem Caſſinum per Sparanũ Abbatem translatum. 102

Maximilianus Archiepiſcopus Beneuentanus Prouincialem Synodum celebrat immunitatis, & libertatis Eccl. accerrmus defenſor. 177

S. Mercurius Martyr. Iulianũ Apoſtatã miraculoſe interfeciſſe apparet. 41

Milites Caroli 3. Regis obſeſſum detinent Vrbanũ Pap. 6. in Caſtello Nucerino, ſed virtute Romondelli Vrſini liberatũ. 140

Miraculum in Monaſterio S. Sophiæ in iuuene reſuſcitato. 83

S. Milo Archiep. Beneu. educauit B. Steph. fund. Ord. Grandimotenſ. 91

S. Modeſti Leu. & Mart. corporis translatio ex Vrbe Beneu. ex cõceſſione Greg. Mag. Põtif. ad preces Arechi Ducis Beneu. & fratrũ S. M. ad Oliuolã. 25

San. Monaldus Monaldeſchi Archiepiſcopus Beneuent. Laterinum ſuæ Eccleſiæ, et Atrium Eccl. S. Bartholomæi Apoſtoli fieri curauit. 129

. . Conſtitutiones collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus confirmauit. ibid.

Fuit

Fuit Martyrio coronatus apud Saracenos. ibid.

Monaſterium Sancti Nazarij à Pelagio Pap. ſupprimitur, et ad Monaſterium Sanctæ Mariæ ad Oliuolam ſupponitur. 24

Monaſterium Sanctæ Sophiæ Congregationi Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris Bononienſ. Clemens Pap. 8. perpetuò vniuit, quod prius Monaſterium Ordinis Sãcti Benedicti extiterat. 177

Monaſterij Sãcti Petri Apoſtoli extra Ciuitatem fundatio. 33

Montis Veſuuij Conflagratio anni 1631. recenſetur. 186

Monaſterij Monialium Sãctæ Mariæ de Porta ſumma Vnio ad Monaſteriũ Monialium Sancti Petri facta de ordine Innocentij Pap. 22. 129

Mors Landulfi Archiepiſcopi Beneuent. 101

Mundus Archiepiſcopus Beneuent. 80

N

NArſetes Eunucus à Iuſtiniano Cõſtãtinopolitano Imperatore cum exercitu in Italiam mittitur contra Totilam Gothorum Regem, quem cum ſuo exercitu trucidat. Thiciam Gothorum electum in Regem occidit Italiam in pacẽ redegit. 23

Neapolitana Ciuitas debellatur à Sicone Principe Beneuentano, et ſub tributo reducitur. 50

.. In magna penuria Tritici, Ordei, Caſei, et Olei ad Ciuitatem Beneuentanã recurrit. 80

.. Iterum frumẽnti inopia præmitur, et maxima cum liberalitate ab eadẽ Ciuitate adiuuatur; quod et

Digitized by Google

et tertio etiam factum eſt. 176
Nicolaus Secundus Papa Robertum Quiſcardum excommunicat, qui Beneuentum, Apuliam, & Calabriam Eccleſiæ Prouincias occupat, ſed deinde occupata reſtituit, & ea propter Robertum in gratiam recepit 91
.. Ducatum Apuliæ, atque Siciliæ Roberto conceſſit, (excepta Ciuitate Beneuent.) accepto ab eo iuramento fidelitatis cum obligatione ſolutionis cẽſus ſingulis annis. & hæc eſt prima conceſſio facta à Romano Pontifice de prædictis Prouincijs ibid.
Nicolaus de Cremona Archiepiſcopus Beneuentanus. 140
Nicolaus Secundus Archiepiſcopus Beneuentanus. 149.
Nicolaus Tertius Archiepiſcopus Beneuent. 151
Nobilibus Beneuentanis, tres filias nuptui tradit Sico Princeps. 50
Nobiles Beneuentani eligebant Princeps ſuæ Vrbis. 35.
Northmanni Leonem Pap. 9. in Prælio captiuum fecerũt, ſed honorificè Beneuentm dimittunt. 85
.. In Apulia, et Sicil. regnarunt centum ſeptuaginta annis 118
Nubilo Comes de Caſtro Vipera Eccleſias, & bona multa Caſſinenſi Monaſterio donauit 92

O

OLigamus Neapolitanæ Ciuitatis Dux Mundo Archiepiſcopo Beneuẽtano ſcribit, vt Neapolitanos in magna penuria exiſtentes adiuuet. 80.
Obitus Lundulfi Secundi Archiepiſcopi Beneuentani. 101
Obitus Landulfi Tertij Archie-

chiepiſc. Beneuent. 105

Otho Imper. Beneuentum occupat, ſed accepto Atenulfo obſide à Principe Landulfo Patre, Beneuẽtum reſtituit. 67

Ladislaus Princeps deficit à Nicephoro Conſtãtinopolitano Imperatore, Otho Imperator in ſuam tutelam eum recipit. ibid.

Landulfo Archiepiſcopo Beneuent. Caſtrum Sancti Angeli in Gargano donat, eamque Eccleſiã eidem confirmat. ibid.

A Saracenis ſuperatur, et in eo conflictu extincti fuere Landulfus Beneuẽtanus, et Capuanus Princeps, & Atenulfus frater et alij. 74

Corpus glorioſiſſimi Apoſtoli Bartholomæi à Beneuentanis petijt, qui nihil tunc illi negare audentes, calide pro corpore Apoſtoli, Corpus B. Paulini Nolani Epiſcopi, quod ſatis recõditum oſtẽderunt, & eo ſublato receſſit tali fraude deceptus; ſed fraude detecta indignatus venit ſupra Beneuentum, et obſedit, ſed nihil aduerſus præualens, Romam eſt reuerſus. 78

P

Palatium Archiepiſcopale Beneuentanum à Pompeio Cardinali Arigonio Archiepiſcopo confirmatum, auctum, ornatumq;. 181

S. Paldo, Taſo, et Tato, fratres Beneuẽtani Equites fundarunt Monaſterium Sancti Vincentij Mart. iuxtà ortũ vulturni fluminis. 35

Qui tres fratres in ſanctorũ numero ſunt ſcripti. 36

Pandulfus ſuccedit in Principatu Beneuen. Landulfo 3. eius Patre. 63

Pantaſiorum nobiliſſima Beneuentana familia Ciuitatis

Digitized by Google

uitatis Limoſanēſis fundatrix. 115

Papinianus I. C. Legum Monarcha omniūq; iuriſconſultorum facile Princeps; & cuius Conſilij tanti fecit Senatus Romanus, vt ſtantibus votis equalibus, ſentētia ferebatur pro parte, cui ipſe inhererat, vt comprobat Marc. Anton. Surgēſ. de Neapol. Illuſtrata cap. 25. num. 28. fuit Beneuentanus. 11

Paſchalis Pap. 2. Beneuenti Synodum celebrat, vbi ordinauit Archiepiſcopū Landulfum II. quem idem Pontifex in Synodo Ceperana è dignitate deponit; At poſtea in priſtinum reſtituit. Iterum Pontifex Beneuentum aduenit ſedandi cauſa bella ciuilia. 98

B. Paulus Diaconus Eccleſiæ Beneuentanæ, vir magnæ ſanctitatis, quem Aemilius Epiſcopus Beneuentanus, ſecum duxit Conſtantinopolim miſſus ab Innocentio Pap. Primo ad Imperatorem Archadium tēpore perſequutionis S. Io. Chryſoſtomi. 18

Paulus Capranica Archiepiſcopus Beneuent. vniri procurauit capitulo Beneuent. Eccl. S. Io. Hieroſolymitani exiſtentem extra Portā Aureā. 145.

Paulus Pap. 3. priuileg. conceſſit Conſulibus Beneu. pro tēpore exiſtētibus, vt nec ciuiliter, nec criminaliter (dūmodo de pęna capaitli, & de perturbatione ſtatus Ciuitatis nō agatur) conueniri poſſint. 173

Pax inter Ciues Beneuentanos magna cum lætitia Iulij Pap. 2. ſequuta, vt ipſe teſtatur per ſuas litteras Conſulibus, et Ciuitati datas. 170

Pelegius Papa ad relationem Gregorij Magni S. R. E. Cardinal. Diaconi eximit Monaſteriū

S. Mariæ ad Oliuolam à ſubiectione Monaſterij S. Nazarij. 24
Petrus Epiſcopus Beneuentanus, vt Patriæ libertatem vindicaret, plures Beuentanos induxit, vt ſibi homagium, & fidelitatẽ iurarent. 60
Petrus Archiepiſcopus Beneuentanus. 112
Petrus Secundus dell'Aquila Monachus Caſſinenſis Archiepiſcopus Beneuentanus, & deinde Cardinalis effectus. 128
Petrus Tertius de Pino Archiepiſcopus Beneuentanus edidit conſtitutiones ſuæ Eccleſiæ. 137
Petrus Cardinalis nobilis Beneuentan. Legatus Innocent. Pap. 3. Conc. Montis Peſſulani, ex familia Colliſuaccini. 120
S. Piaton Presbyter, Ciuis Beneuentanus Martyrio coronatur Tornaci in Gallia. 10
Pius Pap. 2. Regnum Siciliæ citra Pharum (excepta Ciuitate Beneuent.) Ferdinando de Aragona conceſſit. 150
.. Confirmauit omnia priuilegia per ſummos Pontifices, Imperatores, Reges, & alios Principes Beneuentanæ Ciuitati conceſſa. Nec non, & Archiepiſcopo medios fructus beneficiorum ſuæ Diœceſis conceſſit. ibid.
Priuilegia omnia Eccleſiæ Beneuentanæ in publicã formam redacta de ordine Pauli Pap. 2. 151
Principum Electio ad Senatum Beneuentanum ſpectabat. 38
Priuilegia Ciuitatis Beneuẽtanæ confirmantur per Pium Pap. 4. 175
Priuilegia Archidiaconi, & Capituli Beneuentani à Romanis Pontificibus cõceſſa cõfirmantur à Clemente Pap. 6. 132
Priuilegia Monaſterij Sancti Modeſti confirmantur per Landulfum, & Pãdulfum fratres Prin-

Digitized by Google

cipes Beneuentanos. 67
Philippi Secundi de Auſtria Regis Miniſtri Beneuentum occupant. 174
Philippo Tertio de Auſtria Regi conceditur à Pap. Clemente VIII. Regnũ Siciliæ citra Pharum (excepta Ciuitate Beneuentana. 177
Philippo IV. de Auſtria Regi conceditur Regnum Siciliæ citra Pharum, excepta Ciuitate Beneuentana, à Gregor. Pap. XV. 184.
Pompeius Cardinalis Arigonius Archiepiſcopus Beneuentanus Cathedralẽ Eccl. reſtaurauit, & prætioſis ornamentis ditauit, Moniales S. Deodati ad S. Victorini Monaſteriũ tranſtulit. cũ eorum bonis, xenodochium ſub fratrum B. Ioannis de Deo cura erexit. 181
Palatium Archiepiſcopale cõfirmauit, et auxit. ibid.
:. Collegium Soc. IESV maximis beneficiĳs cumulauit, fundatoris nomen, & titulum adeptus. 182

R

Rachiſius Archidiaconus Beneuẽtanus Sãctorum Reliquias inuentas eximiè exequitur. 99
Radelchis Comes Compſanus Grimoaldum Quartum Principem Beneuẽtanum Tertium extinguit. 49
Radelchis Sicardi Principis Beneuent. Theſaurarius in Principem eligitur, Capuamq; in cinerem redegit. 48
Radelchis Tertius ad Principatum Beneuentanum ſublimatur ob mortem Gauderĳ Principis. 58
Redelgerius Radelchi filius in Principatu ſuccedit. A Saracenis præmitur, in cuius auxilium Lotharius Francorum Rex venit, eoſq; opprimit. 54

Rebelles Beneuentanam Ciuitatem inuadunt, ſed fruſtra. 164

.. Iterum eam inuadunt, ſed omnes à Ciuibus trucidantur. 170

Regnum vtriuſque Siciliæ Guillielmo Quiſcardo cõceditur ab Adriano Pap. 4. excepta Ciuitate Beneuent. cũ ſuo diſtrictu. 113

Regnum Siciliæ citra Pharum conceditur Carolo V. Electo Imperatore per Leonem Pap. X. excepta Ciuitate Beneuentana cum ſuis finibus, & diſtrictu. 167

.. Iterum conceditur Philippo II. Auſtria per Iuliũ Pap. 3. 174

.. Item Philippo 3. de Auſtria de eo inueſtitur per Clement. Pap. viij. Eundem Regnum Gregorius xv. Pap. Philippo 4. de Auſtria concedit. 184.

Roffridus Beneuent. Maximus I. C. 11

Robertus Quiſcardus Beneuentum, Apuliam, & Calabriã Eccl. Prouincias, ac etiã Troiã occupat. At omnia Nicolao Pap. 2. reſtituit, ob quod Pontifex eum in gratiam recepit, eumq; inueſtiuit de Ducatu Apul. Calabriæ, & Sicilię, (excepta Ciuitate Beneuentana cum ſuo diſtrictu) accepto ab eo iuramẽto fidelitatis 90

.. Sed nõ multũ poſt, Beneu. obſidet, ſed fruſtra, ob ꝙ à Greg. Pap. 7. excõmunicatur, cuius Pedibustãdẽ ſe humiliauit abſolutionẽ obtinuit, accepto ab eo iuramẽta fidelitatis, & denuò inueſtituram de Ducatu Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ obtinuit. 93

Romondellus Vrſinus obſeſſum Vrbanum Papam in Caſtello Nucerino à Militibus Caroli 3. liberat. 140

Rodualdus Dux 4. Beneu. Surrẽtũ inuadit, ſed Dei ſanctorũq; expertus pro ea Vrbe tutelã, obſidionẽ ſoluit. 26

Rodulfi Equitis Beneuentani virtute fugatur Robertus Dux Beneuentum obſeſſum tenens. 93
Roffrid. Illuſt. Beneuentanus in armorum gloria præſtãtiſſimus Calabriã, & Apuliam Beneu. Principatui ſubrugauit. 51
Roffrid. Archiep. Beneu. 93
Roffridus 2. Archiepiſcopus Beneuent. cum eſſet Archipresbyter Eccleſiæ Beneuentanæ fuit in Archiepiſcopum electus. 101
.. Apud Celeſtinũ Pap. 2. incuſatus, quod Simoniacè ad Archiep. intrauit, et apud eundem ſe purgauit ibidem.
.. Interfuit Synodo Romæ celebrata per eundem Caliſtum Pap. ibid.
.. Corpora ſanctorum Ianuarij Epiſcopi Beneuen. Feſti, & Deſiderij Martyrum in Eccleſiam in eorum honorem dicatam tranſtulit. 104
Romuald. Dux Beneu. Apuliã inuadit, & ſuo ſubiugat Imperio, 28
Romualdus 2. Dux 9. Beneuent. Giſulfum filiũ Puerum reliquit, & propter eius imbecillitatem, Luitprandus eius Auunculus præfectura amouit, & Gregorium alium Nepotem Ducem impoſuit. 36
Romanus Senatus Adelgiſiũ, ſeù Radelchem Principẽ Tyrannũ, & Reipub. Hoſtem declarauit, bellumq; aduerſus eum indicit. 57
Rogerius Apuliæ Dux ab Anacleto Antipapa creatur Rex vtriuſque Siciliæ, Coronaq; Regni in Ciuit. Panormi decoratur. 104
.. Beneuẽt. ſub Pacis Sacramẽto eſt depredatus. ibid.
.. Ab Innocentio Pap. 2 excõmunicatur, quia Schiſma fouit poſt Anacleti Antipapæ mortem. 110
.. Moritur, eiq; ſuccedit Guillielmus eius filius in Regnis vtriuſq; Siciliæ. 112
Rogerius Monach. Caſſinẽſ. Archiep. Beneu Card. interfuit dedicationi Eccl. S. Mar. Virg. Mõtis. 116
Roger. 2. Monach. Caſſinẽſis Ar-

Digitized by Google

Archiepiſcopus Beneuentanus. 118

Roſcimannus Pſeudo Archieopiſcopus ab Innocẽtio Pap. expulſus. 106

Rudulfus electus in Principem Beneuent. à Leone Pap. 9. à Nortmannis in prælio extinctus. 85

Rodulfus Macchabeus miles Beneuentanus *fundauit Eccleſiam, &* Monaſterium *Sanctæ Mariæ de* Piſticia *eamq; dotauit.* 94.

..*Et pro menſa fratrum donauit multa bona vltra data in dotem.* 95

..*Duxit in vxorem Emmam ſororẽ Rogerij* Primi *Regis Neapolit.* ibid.

S

SAraceni Beneuentanã Regionem inuadunt. 54

.. *Denuo aggrediũtur.* ibid.

Sebaſtianus Archiepiſcopus *Beneuent.* 113

Sergius Pap. 4. ſcribit Alphano *Secundo* Archiepiſcopo Beneuent. *de Vſu pallij, & de confirmatione ſuffraganeorum.* 81

Seminarij Puerorum *Beneuenti Erectio.* 175

Scauniperga Giſulfi 2. Ducis 13. Beneuentani vxor fundauit in Monte *Caſſino ſuis ſumptibus Templum in honorem Sancti* Petri *Apoſtoli.* 37

Sculdais Beneuent. *Templũ in honorem Sancti Caſſiani in territorio Aliphano fundauit, quod poſtea in* Monaſterium *Monialium conuertit.* ibid.

Sico Princeps *Beneuent. 4. Ciuitatem Neapolitanã ſub tributo redegit.* 50

..Corpus *Sancti Ianuarij Epiſcopi Beneuent. è Neapolitana Ciuitate ad ſuã Sedem aſportauit.* ibid.

..*Tres ſuas filias tribus nobilibus Beneuentanis nuptui tradidit.* ibid.

Sicardus Princeps *Quintus Neapolitanos pactum*

Tri-

Tributum cum Sicone Patre ſoluere retractantes; iterum coactos ad idē pactum de Tributo ſoluēdo ſubmiſit. 51
.. Gualdum, qui Martoranus dicitur Caſſinēſi Monaſterio donauit. ibid.
Surrentum inuadi, ſed Miraculo B. Antonini viſo, Obſidionem ſoluit. ibid.
.. Corpus glorioſis. Bartholomæi Apoſtoli ex Lipara Inſula Beneuentum transferri curauit. Nec non Corpora Sanctorum Epiſcoporum Deodati, et Marciani ex eorum ſedibus Beneuentum tranſtulit. 52
.. Eccleſiam in honorem Apoſtoli Bartholomæi incepit, à ſuis nequiter extinctus. ibid.
Sixtus Quartus Pap. abſtulit Archiepiſcopo Beneuentano facultatem præferendi in actu viſitationis ſuæ Dioeceſis Sanctū Euchariſtiæ Sacramentum, confirmata illa gerendi Pōtificale Camaurum cum vna corona gēmata, & ſuas bullarum expeditiones plumbeo ſigillo munere. 153
.. Prohibet ne Beneuenti aſſecurentur de certis criminibus notati, ſiuè ſuſpecti. ibid.
Sixtus Gara de ruere Cardinalis Archiepiſcop. Beneuentanus. 165
Sixtus Pap. V. confirmauit priuilegia, & indulta per Romanos Pontifices Ciuitati Beneuentanæ conceſſa nonnulla eis addendo. 176
Symmachus ſenior Beneuētanæ Vrbis magnitudinē, Ciuiumq; præſtantiam & nobilitatem deſcribit, laudatq; : 17
Synodos tres Paſchalis Pap. 2. Beneuenti celebrauit. 98. & 100.
.. Victor Pap. 3. vnam. 95
.. Vrbanus Pap. 2. vnam. 96.
Synodum Metropolitanam Landulfus Secundus Archie-

chie-

chiepiſcopus Beneuentanus primam celebrat 100
. . Hugo Arobiepiſcopus Secundam. 138
. . Iacobus Cardinatis Sabellius Tertiam. 175
. . Maximilianus Palumbaria quartam celebrat Synodum. 177
Symbaticius Patricius ab Imperatore Leone Conſtantinopolitano miſſus, Beneuentum trium menſium obſidione obtinet. 59
S. Sophius Epiſcopus Beneuentanus dum Miſſam in ſua Eccleſia celebrat, Martyrio coronatur à ſatellitibus Odoacri Regis Arriani. 20
Seodam Saracenorum Rex nequiſſimus totam terrã Beneuentanam igne, gladijs, & captiuitate crudeliter deuaſtauit. 55
. . A Ludouico 2. Imperatore capto cum multis Saracenis, qui trucidati fuere præter Seodam. ibid.
Statuta, & leges ab Anacleto Antipapa Beneuenti factas, Innocentius Pap. 2. annullat, et caſſat. 111.
B. Stephanus fundator Ordinis Grandimotenſis, à S. Milone Archiepiſcopo Beneuentano educatus. 92
Stephanus Archiepiſcopus Beneuent. 134
Stephanus Pap. 9. concedit Vldarico Archiepiſcopo Beneuentano vſum Pallij, & Eccleſias ſuffraganeas confirmauit. 89
Suffraganei per Ioannem Pap. vxiij. Metropolitanæ Eccleſiæ Beneuentanæ tempore eius erectionis per ipſum aſſignati. 69
Suppreſſio Monaſterij Monialium Sanctæ Mariæ Portæ Summæ, & Monaſterio Sancti Petri Monialium vniti. 129
Suppreſſio Monaſterij Monialium Sancti Deodati ad Monaſterium Sancti Victorini vniti. 182
Surrentum à Sicardo Principe Beneuentano inuaditur

Digitized by Google

tur; Templum B.Antonini concutitur; Qui B. Antoninus Principi inſomnis apparet, eiuſque filia à Demone vexatur, & B.Antonini precibus liberatur. 51

Surrentum à Rodoaldo Duce inuaditur. 26

T

S. Thammarus Epiſcopus Beneuentanus Martyr. 19

Theophilus Epiſcopus Beneuentanus Lateranẽſi Cõcilio ſub Melchiade Papa interfuit. 15

Tornaci in Gallia floruit S. Piatus Presbyter Beneuẽtanus, à quo Ciuitas illa ad fidem Catholicam eſt conuerſa. 15

Totila Gothorum Rex Beneuentum occupat. 22

.. Et Dudum ab Exercitu Iuſtiniani Imper. Duce Narſete Eunucho, debellatur, fugatur, ac occiditur. 23

Tato, & Taſo Equites Beneuentani nobiliſſimi relictis omnibus propter Deũ immortalem ſolitariam vitam ducunt. 35

Templum S.Petri Apoſtolorum Principi dicatum in Monte Caſſinenſi fuit extructum à Scanniperga vxore Giſulphi II.Princip. Beneuent. 37

Tecla mater duodecim SS. Martyrum. 38

Templum S. Sophiæ à Giſulpho Duce inceptum ab Arecho Principe pijſſimo perficitur, & reliquijs Sãctorum ditatur. 38

Terremotu ingenti Beneuẽtum concutitur. 75

Templum, & Monaſterium S.Mariæ de Porta Summo vnitur Monaſterio S. Petri Monialium; & ibi Fortiſſimam Arcem Guillielmus Bilocta Beneuentanæ Vrbis Moderator è ſolo conſtruxit. 129.

Traianus de Vipera Beneuenti Patris patriæ accla-

Digitized by Google

matione honoratur. 182
Territorium Ciuitatis Beneuentanæ recenſetur. 136
Tutelares SS. Vrbis Beneuentanæ recenſentur. 185

V

V*Aldeſidus Epiſcopus* Beneuen.47. 60
Vincentius Electus Epiſcopus.64. 36
Vgolinus Archiepiſcopus. 29 121.
Vldaricus Electus Archiepiſcopus 10. 84
Vitus Electus Epiſ.40 52
*Vitus Archiepiſ.*7. 81
Vicariatus Eccleſiæ *Beneuentanæ quarta vice in authorem collocatur.* 191
S.Vitaliani Epiſcopi Capuani corpus, è Templo Mõtis *Virgiliaci* Beneuentũ *transfertur.* 93.
Vrbs Beneuentana *centum nobiles ad Vrbanum Papam* I I. *delegauit oratores.* 8
Vrbis *Beneuentanæ ſitus,& deliciæ recenſentur. ibid:*
Vrbis *Beneuentanæ* Patritij Principes *ad* Vrbis *ditionisq; moderamen diſpotico iure antiquitus eligebant.* 35

Z

S. ZEnonus Epiſc.Beneuent. 28. *fol.*22.

LECTORI.

HAbes humaniſſimè Lector opus iucũdiſſimum penè innumeris hiſtorijs ditatum,& ordine facillimo diſtributũ cõtinẽs ſingillatim, q̃cq̃d animaduerſione dignũ Beneuẽt.& in tota ferè Italia à partu Virgineo hucuſquè accidit. Habes Beneuẽtanæ Vrbis annales plenè in opere inſertos; Eiuſdemq; Ciuitatis Principum ſeriem iuſta ſeriem Præſulum ſatis accuratè compilatam. Fruitò libenter, & authoris animæ non immemor eſto. Qui inſignis equidem vir clariſſimo, nobiliſſimoq; genere ortus Beneuẽti, ex antiqua Nobilium ſeſſione Patricius; non minus auorum gloria, quam ſua profunda variaquè doctrina, humaniſſimis moribus, in ſecundis ſumma temperantia in aduerſis mira coſtantia, in peragendis maxima prudentia, inclytam ſuę tempeſtatis nominis, famam promeruit. De patria, & de ſua Eccleſia optimè meritus, pluribus equè peroptimè functus honoribus atq; Muneribus dum opus eſſet ſub prælo clauſit diem 19. Iunij 1636. anno ætatis ſuæ 70. maximo omnium merore; fletuquè. Vale; aliaq; eius opera poſthuma, Deo auſpice; in diem expecta.

Digitized by Google

Menda Emenda.

Pag.	Lin.	Errata	Corrige.
Tit. à terg.	17	1635	1636.
2	20	hominis	Ominis
ibid.	27	vt comunis	vt eorum
ibid.	19	vnoquoq;	in vnoquoq;
3	3	contra fines	extra fines
4	7	Affecta	effecta
6	18	premat	premam
idid.	25	octano	Oceano
7	11	impotentiam	imprudentiam
ibid.	18	Anacleto	ab Anacleto
ibid.	26	tanquam ocellum	tanquam Regni ocellum
8	26	ſpectabilis	Spectabis
10	18	S.Nilus	S. Milo
ibid.	20	Offa	S. Offa
ibid.	21	Hic Daniella	Hic etiam B.Daniella
11	25	Patriarcham Epiſc.	Patriarcam Coſtantinop.
15	3	& Binius	Et Binius atq; Baronius
ibid..	17	nec	nece
ibid.	19	gladij	gladio.
16	2	fulſus	fultus
ibid.	14	326	332
ibid.	30	311	344
20	18	Authmo	Areturo
22	6	Amalaſunta Alarici	Amalaſunta matre Alarici
23	10	Regem	in Regem
28	14	Conſtantius	Coſtantinus
73	24	S.Hoſtienſis	S. Aſtenſis
74	9	1364	1469
79	[illegible]	quod remanſit	adde Beneuenti

In Margine.

[illegible]	[illegible]	De bello Cattolico	De bello Gothico
ibid.	31	De bello Cattoiico	De bello Gothico
7	9	Chriſol	Chronolog Eccleſ.
10	8	S.Martij	SS. Martyrum
ibid.	16	nomia. S.	nomina SS.

Reliqua cum ſint parui momenti Lector ipſe facilè diluet.

BIBLIOTECA VITTOR. IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google